

Henning Johann Gerdes Samuel Schönwald

**De Nominis Mutatione, Superiorum Indultu ... in ... Rostochiensium Universitate  
Historico-Philologicae Disputabunt Praeses M. Henningus Johannes Gerdessen  
Wism. Et Respondens Samuel Schönwald/ Thoruniensis. ... Ad Diem V. Aprilis. A.  
M.DC.LXXXII..**

Rostochi[i]: Keilenberg, 1682

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730610640>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1682



42-

15

J. S. N. G.  
DE

NOMINIS MU  
TATIONE,  
SUPERIORUM INDUL  
TU BENIGNISSIMO  
IN ILLUSTRIS ROSTOCHIENSIS  
UNIVERSITATE  
HISTORICO-PHILOLOGICE  
DISPUTABUNT

PRÆSES

M. HENNINGUS JO-  
HANNES GERDESSEN, Wism.

*Th. d. et Supra  
revis.*

ET

RESPONDENS


SAMUEL Schönwald

Thoruniensis,

IN AUDITORIO MAJORI

AD DIEM V. APRILIS. A. M. DC. LXXXII.

HORIS POMERIDIANIS.



ROSTOCHI,

Typ. Vid. B. Keilenbergi, Univers. Typogr.

1682

A. S. M. G.

NOMINISMI

TATIONE

SUPERIORUM INDUL

IV. ILLUSTRI ROTOCRISTIANUM

HISTORICO-PHILOGICE

M. HENNINGUS IO.

HANNES GRÖSSER W. H. D.

SAMUEL

IN. AUDITORIO MAIORI

AD D. N. M. A. M. D. C. LXXII

The No. 2. Empress, London, 1700.

JUVANTE JEHOVAH!

PRAEFATIO.

*Nomina necessitas introduxit & ratio.*



§. 1.

I quæ in Communi hominum vitâ atq; in Civili præprimis societate quòdam quæsi necessitatis privilegio gaudent, *Nomina* certè sunt, quæ ceu *propria*, ipsa velut *Necessitas* cuilibet imposuit. Hinc *Parens* ipse & stirps humani generis *Adam*, cum unicus & solus *Homo* in toto terrarum Orbe esset, *Sociæ*, simulac illi à Deo ea concedebatur, statim *Evæ* nomen indidit, toriq; dein vitæq; sociæ fructûs hi aliis *Nominibus* ornarunt, qui postmodum à se procreatos iterum diversis *Nominibus* insignivère, ut aded *Nominum* origo cum ipsis hominibus coeperit. Et quæ non obscura ambiguaq; futura, propriis *Nominibus* semotis? *Quis* eum alterò conversari, vel negotiari vel pactu inire poterit, ni *Nomen* cuilibet sit, quod is recognoscere teneatur, & quò ille ab aliis dignosci queat. *Sacratiss. inde Imperator § 29. Inj. fit. de Legat. Nomina, inquit, significandorum hominum gratia reperta sunt; & L. 10. C. de Ingen. Manum.* Ad recognoscendos singulos nomina comparata publicò consensu.

*Nominibus carentes.*

§. 2. Equidem si antiquissimo haut est fides deneganda *Herodoto*, à *Garamantibus*, ait ille l. 4., *decem dierum itinere collis est salis & aquæ, accolentibus hominibus, quibus nomen est Atlantibus, solis omnium hominum, quos ipsi novimus, innominatis. Nam sales quidem apud eos vocantur Atlantes, singulis a. illorum nullum nomen imponitur.* Ast aut summæ & extremæ barbariei hos exstitisse nepotes, aut aliud quid habuisse quò se internoscere potuerunt, nullum potest esse dubium. Certè *Gotthard. Artibus Hist. Ind. c. 6. cit. Wendelin. de Admir. Nili c. 17. pm. 137. memoria prodit, in Insula Oceani Atlantici Tercera, boves omnium in totò ser-*

A

YATWTH

rarum orbe maximos propriis Nominibus singulos" ab Heri omni-  
bus, & hominum instar inter nosci, ita ut si in numerofo grege ali-  
quom herus proprio nomine appellet aut provocet, dicto citius ad  
v. g. canis heri locum se proripiat. Admiranda quidem hic est Na-  
tura solertia, cujus tamen in hoc erit usus perexiguus, quãto ve-  
rò in homine ratione præditò istud potius obtinere debet, propri-  
um ut quilibet habeat nomen, quod & agnoscat, & quò ab aliis di-  
gnoscat, quòq; nominatò, se nominatum sciat, ipsa ratione & ne-  
cessitate hoc imperante.

*Nomen semel abs aliquò assumptum interdum rursus mutatur.*

§. 3. Quandoquidem verò, posteaquàm has ob causas singu-  
lis ac cuius hominum nomina nunc imposita sunt, non rarò facti,  
tatum est, ut nomen semel abs quodam assumptum, vel ab ipsò sum-  
mò DEO, vel aliis superioribus quibuscunqve, vel etiam ab eò ipsò,  
qui illud antea gesserat, mutatum fuerit, huiusq; tum in Sacra,  
tum in Ecclesiasticà, profanà Civilique Historià haut pauca sint  
exempla obvia; haut nos operæ perdituros pretium duximus, si  
altius non nihil hanc *Nominis mutationem* repetentes, exemplis il-  
lius prolatis, quid de ea sentiendum exponeremus.

§. 4. Isthæc autem meditantibus ante omnia incumbet, ut de NOMI-  
NE ipsò, deq; MUTATIONE quæ hic occurrit, quædam præmittamq;

*De NOMINE præmonenda.*

§. 5. Et quidem replicanti Historiarum monumenta patebit,  
populum Israëliticum uno fuisse contentum plerumqve nomine,  
notatq; Rivet. Exerc. 39. in Genes. c. 37. 160. a. ex totâ historiâ Mosis  
constare, nullum nomen impositum fuisse cuius non attexatur ra-  
tio, vel ratione eventus præteriti aut presentis, vel expectati &  
futuri, ut aded non solùm discretiva sed etiam significativa vis  
eis inesset: conf. eundem in Exodic. 2. p. 761. b. Græcos quoqve  
Barbarosqve haut unò plura usurpasse, Romanos verò plurimis  
Nominibus superbisse, quibus exin notoria distinctio in Præ-  
nomen, Nomen, Cognomen & Agnomen lucem debet, PRÆNO-  
MEN dicebatur, quod nomini strictè dicto seu gentilitio præpo-  
neretur, eratq; singulis proprium ac peculiare, aliàs etiam Nomen  
v. r. & proprium dictum, notante Jac. Sirmondo in præf. .  
Not. ad Apoll. Sidon. p. 8. ubi simul monet, aliud fuisse proprium  
Nomen florente Republicâ, aliud eadem ad interitum præcipite;

*Sciant.*

*Stante Republica, ait, proprium id Nomen fuit, quod primum, i. e. Prænomen v. g. P. Cornelius Scipio & L. Cornelius Scipio fratres, postea v. cum multis Nominibus nobiliores uerentur, illud unicuique proprium esse censebatur, quod postremum locabatur e. g. Saluius Otto & Saluius Titianus fratres, Fl. Vespasianus & Fl. Sabinus fratres. Pueris, antequam virilem sumerent togam & puellis, antequam nubarent, Prænomen non fuisse impositum Q. Scavola auror est, apud Valer. Maxim. l. 10. de nominibus p. 850. edito Thyfiana. Nec inutile admonitu ducit Alex. ab Alex. Genial. Dier. L. 5. c. 4. p. m. 255. b. neminem Romanorum sine prænominibus appellari, simulque instituti hujus rationem reddit. Quin etiam excellentes & principali dignitate insignes Viros solis prænominibus nominasse magnificentius honestiusque; duxere, tanquam ob illorum amplitudinem vulgò noti & conspicui essent, quod tamen nostris temporibus contumeliæ, aut vitii cujusdam, aut maximæ familiaritatis nota haberetur. Quædam quoque prænomena velut, perniciosæ & infamiam magnoperè sunt devitata, è quorum numero est Prænomen Marci, quod, postquam M. Manlius crimine affectati regni turpi iudicio convictus fuerat, ne cui gentili inderetur Scitò cautum fuit. vid. Alex. ab Alex. l. c. Signabantur a prænominibus ut vulgò notiora literis tantum initialibus, vel unâ, ut T. Titius, vel duabus, ut Cn. Cneius, vel tribus, ut Sex. Sextus, V. Alex. l. c. & æquipollent prænomena hæc nostris nominibus quæ in S. Baptismo nobis induntur, exque voluntate Parentum modò simplicia, modò duplicia, modò triplicia sunt. NOMEN in specie illud vocabatur quod familiæ s. gentis originem declarabat, & non tam personam à personâ, quam gentem à Gente, (ein Geschlecht vom andern) distinguebat, inde etiam Gentilitium, quod toti genti proprium esset, dictum, & sequebatur statim Prænomen v. c. Luc. Annæus Seneca. Imponebatur puellis apud Romanos octavo, pueris nonò à Nativitate die, apud Græcos verò septimò teste Aristot. l. 7. Hist. Animal. c. 12. vel decimò, censente Alex. ab Alex. l. 2. gen. Dier. c. 25. p. 99. Ratio, ob quam illos dies elegerint Romani, legitur apud Plutarch. Quest. Rom. 102. p. 288. B. Nostra nomina gentilitia pariter à primò authore in posteros propagari, haut testimonio eget, prima tamen origo antiquorum Nominum gentilitiorum penè & plerumque ignoratur, & ante pauca secula demum usurpari cœpisse, Historiæ produnt; inde limâ indiget*

A 4

diget



diget quod de Cimbris refert *Hornius in Orb. Imper. de Regn. Bri-*  
*tan. per I. Can. 20. p. m. 209.* eos aded diligenter conservare genea-  
 logias suas, ut nullus ferè rusticorum sit, qui non genus suum ab  
 ipso *Noah* deducere possit. **COGNOMEN** erat, quod Nomini con-  
 jungebatur, ut familiae inter ipsos Gentiles discernentur v. gr.  
*M. Tullius Cicero. L. Annæus Seneca.* Cum enim non nunquam  
 contingeret duos ejusdem Nominis esse, in eadem gente diversis ta-  
 men parentibus prognatos, evitandæ confusionis gratiâ Cognomi-  
 num usus invaluit; ita cum duo *Lucii Tarquini* essent, alter *Priscus*,  
 quod natu major esset, alter *Superbus* ob mores dictus fuit. Pos-  
 stea tamen & aliis de causis Cognomina affianta & addita fuerunt  
 ab innumeris circumstantiis. V. *Sigon. tract. de Nom. n. Roman. c. 5.*  
*U. Reiner. Nuhn. Florid. Philolol. p. m. 138.* Neque hic mos  
 cum Republicâ Romanâ expiravit, sed ad nostrâ usq; secula ob-  
 tinuit, vid. *inf. cap. 2. Sect. 2.* **AGNOMEN** Cognominis species fuis-  
 se communiter putatur. v. ipsum *Sigon. l. c.* paucis tamen communes  
 adhærebat ob mores, peculiaris facta, aut fata v. c. *C. Fabius Ma-*  
*ximus Cunctator, Cajus Marius Coriolanus V. P. ut arch. n. vit. Co-*  
*riolan. c. 5. p. 218.* qui locus ex professo de *Agnominibus & Cogno-*  
*minibus* occupatus, notabilis est. Maxima inter Agnomen & Co-  
 gnomen differentia in eo posita esse nobis videtur, quod Cognomen  
 familiae appellatio erat, proindeq; & ad posteros plerumq; transi-  
 bat, Agnomen a. personam, cui datum non egrediebatur. Romanos  
 in Nominum numero si non vincunt, certè haut cedunt *Sinensiv.*  
*Joh. Niebofs allgemeine Beschreib. des Reichs Sina c. 4. p. m. 178. b.* ubi  
 agit de *Sinensium* 1. Zunahmen 2. Vornahmen. 3. Schutznahmen.  
 4. Wenn jemand den Männlichen Hur aufsetzt und ein Weib nimmt  
 wird er von einer vornehmen Person mit etwas ehrlichem Nahmen  
 begabet, welchen die Sineser selbst die Euer nennen. 5. grossen Nahmen.  
*Hispanos* nominum quoque pluralitate superbire, notat autor libri  
 cui titulus, *J. L. W. Arcana Domini. Hispan. c. 33. §. 7. p. n. 187.* *Eur-*  
*opæ* aliàs hodie plerumque utuntur nomine baptismali (& qui in-  
 ter eos religionis sunt Pontificiæ alio adhuc, quod in Confirmationis  
 Sacramento imponitur) & Nomine in specie sic dicto, quod familiae  
 commune est, rarius Cognomen aliquod additur. V. *tn. c. 2. sect. 2. infr.*

Stano

§. 6. Nos hic de Nominum mutatione acturi non in specie certum affi-  
quod s. Prænomen s. Nomen s. Cognomen intellectum cupimus, sed  
*generatim* quodcunq; , nec semper Nomen uni alterive proprium,  
sed multis interdum commune. Neq; de Nominibus LOCORUM  
mutatis quædam interferere fedet, quamvis alias haut pauca, de  
Locorum Nominibus mutatis latè differendi materiam præben-  
tis, occurrant exempla, tum in *Sacræ V. Gloss. Philolog. S. L. 4. rr.*  
*3. Obi. 15. p. m. 990. sq.* tum in *Ecclesiasticis*, ubi memorabilis est Lo-  
cus, cujus meminit *Baron: Not. ad d. 2. Junii Martyrol. Romani. p.*  
*341.* antè dictus *Silva Nigra*, posteaqve in honorem sanctorum  
Martyrum ibi mactatorum *Silva Candida* appellitatus; tum etiam  
in *Profanis*; ast peculiare isthæc exigerent opus; nos hic brevitatis  
studiosi, illam, quæ circa præstantissimum omnium sub Sole obje-  
ctum *hominem* versatur, mutationem elegimus. Eam tandem  
sentimus mutationem, quæ quam maximè latè patet; haut enim  
semper, interdum tamen & sæpius ejusmodi mutationis exempla  
occurrunt, quæ in plenariâ Nominis prioris deletionè & alte-  
rius cujusdam assumptione consistit; sæpius etiam levior & levissima  
quædam mutatio contingit; sæpius prius Nomen retinetur & su-  
peradditur aliud quod antè huic in usu non fuit. quod etiam sub  
modò, laxiore sensu, sub Nominis Mutatione venit.

## CAPUT I.

### Sect. I.

Ut Nominis Impositio Domini signum est; ita & ejusdem Mutatio.

§. 1. Esse Nominis Impositionem Domini signum, nitidè adstruit  
*Chrysost. T. 3. Oper. homil. de ferent. reprehens. Ec p. 291. & Cele-*  
*ber. Rivetus Exerc. 39. in Genesc. 3. p. 160. a. Nominis*, inquit ille,  
*impositionis jus pertinebat ad eum, qui potestatem ac Dominium*  
*in id, cui imponebatur nomen, exercere poterat, adeoq; ejus potesta-*  
*eis signum erat, quæ cum Adamo in uxorem Eve & post pecca-*  
*sum à Deo concessa fuerit, jure potuit eidem pro lubitu Nomen im-*  
*ponere.* Paria docet *Vir Erudit. Samuel Bochartus in Hierozoi-*  
*so P. 1. l. c. 9. p. 57. edit. Londin. In servitutis notam, dicit, Adam*  
*omnibus brutis nomen imposuit, nempe ut Domini servis solent.*  
Sicut autem Nominis impositio potestatis signum est; ita & ejusdem

immutatio, quæ ab aliò nobis fit : plerumque enim & communiter  
signum est, fuisse aut esse eum, cujus nomen mutatur, alteri subiectum  
superioremque aliquem hanc in eum exercuisse potestatem : Ita  
Josephi à Pharaone Genes. 41, 45. Danielis & sociorum à Nebu-  
cadnezare Dan. 1, 7. Eliakimi à Necone 2. Paral. 36, 4. Nomina  
mutata sunt, ut ex novis nominibus se novos habere Dominos di-  
scerent ; sunt verba Cl. Bocharti. l. c.

*DEUS pro summa sua in Homines potestate ut quibudam No-  
mina imposuit, ita & immutavit.*

§. 2. DEO Optimo summam supremamq; in omnem homi-  
nem competere potestatem, nemo in dubium vocabit ; hinc & ille  
pro eadem, quemadmodum speciales ob causas, quæ ex Historiâ S-  
patent, ante Nativitatem imposuit Nomina quibusdam illustribus  
Viris, quos B. Gerhard. in c. 16. Genes. p. m. 350. 351. quinque nu-  
merat, Ismaëlem nimir. Genes. 16, 11. Isaacum Genes. 17, 18. Josiam  
1. Reg. 13, 2. Johan. Bapt. Luc. 1, 13. & ipsum Conservatorem nostrum  
dulcissimū Matt. 1, 21. Christian. autem Matth. in. theat. Hist. p. 15, a  
& cum eò Rivet. Exerc. 91, in Genes. c. 18. p. 353, a. septem, addentes  
Salomonem 1. Paral. 23, 9. & Cyrum Es. 44, 28. c. 45, 3, 4. Perperam  
vero Pontificii pro Mariana sua Theologiâ, v. Magnif. DN. D.  
Scherzer. Hospitiâ quond. & praecept. maximè colendi Program. Publica  
Progr. 14. p. 192. apponunt huic numero B. Virg. Mariam, Conf.  
Rivet. T. 3. Oper. Apol. pro sanctiss. Virg. Mariâ. l. 1. c. 9. pm. 622. b ;  
Ita certis quibusdam pariter Illustribus tum in V. tum in N. T. ea-  
dem mutavit, quorum nempe operâ ad res magnas & singulares  
consciendas uri decrevit, quæ sunt verba B. D. Finckii Cent. 1. Can.  
Can. 8. p. 16, 17. Conf. Christ. Math. in Theatr. Histor. p. 71. & Qui-  
storp. in Annot. Bibl. ad. Luc. 11, vers. 13. p. m. 103. Deum itaque T. M.  
primum autorem & efficientem causam primam Nominum Mutati-  
onis esse, cernimus.

*Primum exemplum V. T. est in Abrahamo.*

§. 3. Evolventes autem S. Codicem primum exemplum Nomi-  
nis divinitus mutati legimus Genes. 17, 5. ubi DEUS ad Abrahamum ita:  
וְלֹא יִקְרָא עוֹר אֶת־שֵׁם אֲבְרָהָם וְהָיָה שֵׁם אֲבְרָהָם כִּי  
נְתַתִּיךָ : Et non ultra vocabitur nomen tu-  
um Abram, sed eris Abraham nomen tuum, quia patrem multa-

rum gentium constitui Te. In diversa hic abeunt sententiarum va-  
 rii Interpretes, qui si attenderent ad veram Etymologiam quam  
 ipse Spiritus S. dat, à veri tramite non adeò deviarent. Derivatur  
 prius nomen Abrahami ab אב, quod patrem, & אהרן, quod excel-  
 sum significat, quamvis *Raschi* & liber quem citat *Raymund. Pag.*  
*Fidel. P. 2. c. 9. p. 303.* existiment dictum fuisse in initio Abram qua-  
 si patrem Aram i. e. Mesopotamianorum s. Syrorum, jam autem  
 futurum eum patrem multarum gentium unde He insertum. Cur ve-  
 rò Deus addiderit nomini ejus literam He, ipse docet his verbis, quia  
 patrem multarum gentium constitui Te, Hebraei apud *Mercer. pra-*  
*lect. in Genes. h. l. p. 315.* suis Cabbalis nimium indulgentes, He ideò  
 additum volunt nomini priori, quod antea deesset ei quinque præ-  
 cepta ex 248. affirmativis, quasi quinque ei membra defuerint ut in-  
 teger & perfectus esset, totidem enim hi numerant hominis mem-  
 bra 248, totidemque præcepta legis affirmativa; in nomine v. A-  
 bram literæ Arithmetice resolutæ, tantum continent 243, additum  
 ergo He quod facit quinque, inque Abraham absolvit numerum  
 248. *Lipomannus & Ferus* apud *Pfeiffer. Dub. Vex. Cent. I. p. 131.*  
 He quarto loco mysterii causâ adjectum censent, notari en. sic Mes-  
 sianam venturam 4to mundi millenariò. Clarius alii ap. *Schickard.*  
*Bechinat Happerusch. p. m. 85.* volunt, He hoc ex tetragrammato  
 nomine יהוה Jehovah, insertum prærogativæ & novæ indican-  
 dæ conditionis causâ, dum nempe filius Dei ex ejus posteris nasci-  
 turus innueretur, quem tanquam secundam personam Deitatis lite-  
 râ He in tetragrammato indicari volunt, tertio He in hoc sanctis-  
 simò Nomine humanam ejus Naturam, juxta eosdem, denotante. v.  
*Gerhard. Exeg. loc. 2. de Attrib. div. §. 27.* Alia alii divinant, quæ  
 hic exponere nostri haud est instituti. Tutissimum, ut jam mo-  
 nuimus, aures dare ipsi Spiritui S. veram mutationis rationem ex-  
 ponenti, quia in patrem multarum gentium constitui Te: inseritur  
 proin He ex nomine יהוה Hamon quod multitudinem notat, fu-  
 eratq; dicendum Abrahamon, verum ad tollendam cacophoniam  
 sustolluntur quedam literæ ex mente *Munsteri in c. 17. Genes.* Bre-  
 viter nos dicimus, ex tribus esse constatum nomen; quorum unum  
 est integrum אב, Pater. secundum & tertium sunt decurtata, ut  
 sit in propriorum nominum compositione: Cum litera א Resch, de-  
 bet

bet suppleri vel ב Beth, ut sit רב multum, vel מ Mem, ut sit רמ ex-  
 celsus; cum ultimà Syllabà debet suppleri מון mon, ut sit Hamon,  
 totumqve aded nomen significet Patrem excelsum multitudinis si  
 legam רמ ram, vel Patrem magnæ multitudinis, si legamus רב  
 rabb; licet præferendum videatur, si prius nomen Abram & signi-  
 ficatio ejus, quæ erat pater excelsus, retineatur, & addatur He, quæ  
 est prima nominis quod multitudinem significat, proq; Abraham  
 dicatur Abraham ob Euphoniã, & qui pater excelsus vocatus fu-  
 erat, nunc à Deo dicatur pater excelsus multitudinis. Ne verò hic  
 multitudo unius gentis intelligeretur, addit Dominus גוי gojim,  
 gentium, ut significetur eum patrem multitudinis gentium futurum.  
 v. tn. Mercer. l. c. qui mavult ex רב rabb multus, compositum, &  
 hoc pro רמ ram excelsus, substitutum, ut magna & ampla multi-  
 tudo gentium intelligatur. Nostræ sententiæ addictus est Glass.  
 Phil., S. l. 14. Tr. 3. p. 932. de Nom. Proprio. Observ. 2.

*Secundum in Sarab.*

S. 4. Ut autem Abraham Pater; ita ejus conjux, ex quâ illæ gen-  
 tes nascendæ erant, Mater multarum gentium fieri debebat; hinc  
 & summus omnium gentium Pater Deus illi quoq; nomen immuta-  
 vit, præbetq; aded alterum Nominis à Deo mutati exemplum.  
 Genes. c. 17. vers. 15. ita ad Abrahamum Deus : שרי אשתך  
 Sara uxorem tuam non amplius vocabis Sarai, sed Sarab erit nomen ejus.  
 Carpit hic Sixtinus Amama AntiBarbaro Bibl. L. 2. p. m. 414.  
 eos, qui ex Versione LXX. Interpr. quæ ita vertit, ἡ ἀληθινὴ ὄνομα  
 αὐτῆς Σάρρα ἀλλὰ Σάρρα ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς: occasione  
 arripere docendi, quod mutatio constiterit in Literæ insertione, eâq;  
 denotare annum Abrahæ centesimum, quò filium genuit ex uxore  
 Sarah nonagenariâ, cum tamen 70 ita verterint ex defectu literæ He.  
 Hieron. Quest. b. l. refert pessimè quosdam suspicatos, eam antea  
 dictam fuisse lepram (qui respexere forte ad vocem צרערה) postea  
 Principem. Merito quoque Simeon de Muia Var. Sacr: p. 15. A-  
 barbanelem exhibilat, ideo Deum nomen Sarai, Masculinæ scilicet  
 terminationis, mutasse in Sarah terminationis femininæ, ut eò nomi-  
 ne palam fieret omnibus, nunc eam esse feminam, quæ ante ob infæ-

cun-

cunditatem velut non femina fuisset; quāsi verò tantillum rei DE-  
 UM moveret, ut nomen Sarai immutaret; quot nomina sunt muli-  
 erum etiam fecundā prole beatarum, quæ terminationem Ma-  
 sculinam habent? Missis ergo his, benè monet accuratissimus *Mer-*  
*cerus*, non agi de mutatione antea factā, cum nempe marito fuit no-  
 men mutatum, ut simul cum mutatione Nominis & dignitatis  
 Viri, uxor ejusdem fieret particeps. Deus enim loquitur in futurum  
 & ad futura etiam respicit, etsi ab eodem fonte, à quò mutatio  
 in Abrahamo facta, quod futurus esset pater multitudinis. Etenim  
 declarat, Saram participem fore ejusdem boni, in eā se impleturum  
 quod antea Abrahamo promiserat, ne fortè ad Ismaëlem ista pro-  
 missio referretur, non ad aliam novam Sobolem. Nomen שרַי  
*Sarai*, deductum est à verbo שָׂרָה *Sarab*, quod significat princi-  
 pem egit, aut principatum obtinuit. Litera Jod in fine, aut est affi-  
 xum pronomen, aut Nominis proprii formativa: si affixum prono-  
 men, quod volunt *Mercerus* b. l. *Simeon de Muis*, qui etiam pro hāc  
 sententiā *Raschi* & *Hieron.* quæst. in *Genes. b. l.* assert, & plerique o-  
 mnes; cum tamen videatur sic potius antea dicendam fuisse שָׂרָה  
*sarai*: conf. in *Brent. h. l.* qui putat antea dictam à voce parentum,  
 quā exceperint amicos præsentis, qui convenerant de partu filiaæ con-  
 gratulaturi, שָׂרַי *Sarai*, Domini mei, testificantes se agnoscere  
 vicinos & amicos pro Dominis; & *Simeon de Muis*, qui ait, acci-  
 pere *Raschi* דָּרַי *Sarai*, in numero singulari, ut sonet idem ac  
 שָׂרָה *sarai*; tunc erit idem quod Princeps mea: si formativa  
 Nominis proprii, Principem simpliciter significabit. Litera a. He  
 loco Jod rejectæ apposita, desumpta erit ex nomine הָמוֹן *Hamon*,  
 multitudinem notante, ut sit Sarah, princeps multitudinis, quem-  
 admodum Abraham dicebatur Pater excelsus multitudinis. Pro-  
 missio quæ mutationem sequitur, confirmat hanc notationem, *dabo*  
*Tibi*, dicit *Jehovah*, ex eā filium, & benedicam ei, & erit in gentes & *Re-*  
*ges* populorum nascentur ex eā. Inde quoque illi præferenda videtur,  
 quæ vult דָּרַי He esse ex ipsa radice שָׂרָה *Sarab*, quæ significat prin-  
 cipem egit, ut quæ antea dicta *Princeps mea* (nempe Abrahami &  
 domus illius) jam absolute & ἐξ ὅλων omnium gentium *Principissa*,  
 si ita loqui fas est, dicatur. Quæ aliàs Rabbini de litera Jod ex nomine  
*Sarah* abjecta commententur, vide ad hujus *cap. Sect. 2. §. 3. notata.*

B

Tertiz

Tertium in Jacobo.

§. 5. Tertiam habemus in S. Scripturâ exemplum in Jacobo Patriarcha, qui, postquam cum VIRO illò luctatus fuerat, viceratq; , nec eum dimittere absqve benedictione datâ volebat, quasi VIR ille ex eò, quod ipsi Nomen esset, dumqve Jacobi nomen profiteretur, responderet: **לֹא יִעָקֵב יִאֲמָר עוֹר שְׁמִי כִּי אִשְׂרָאֵל כִּי** *Non amplius Jacob dicetur nomen tuum, sed Israel, quia certasti cum Deo & hominibus & prevaluisti* Genes. 32, 28. Probè quidem VIR ille sciebat quodnam ei nomen; sed ut animum ejus ad benedictionis, quam præparabat, expectationem erigeret, ab ipsò exigit nominis confessionem, ut ex alterius, quod impositurus erat comparatione videret, quantò honore auctus esset. Caterum aliquam hiè de vocis Etymò moveri litem, mirum, vid. *Sixi Amam. Anti Barb. Bibl. P. 2. p. 429.* cum tam disertè ejus rationem ipse Deus addat: *Hieron. אִשְׂרָאֵל jaschar id est rectus, & אֵל El, Deus derivat, & pròvocans ad id quod Hoseæ 12, vers. 5 dicitur, & directus est cum Angelò, aitq; , eum nomen אֱלֹהִים directi s. rectissimi ex hòc factò accepisse.* Alii, Israel idem putarunt esse ac *Vir videns DEUM*, à tribus vocabulis Hebraeis, אִשְׁרָאֵל isch, אֵל raab, אֵל El, quâ in sententiâ ex veteribus fuere plurimi, & in specie Nazianzenus, Hilarius, Prosper, Origens, Basilius M. Chrysostomus, Eusebius, August. l. de Civ. Dei c. 34. accusantur; Cum tn. in nomine Israel non sit in initio, & sin non schin legatur. Verum Etymon ex ipso deducitur textu; quia שַׂרִיִּת saritha, principem Te gessisti, non tantùm cum Labane & adversariis tuis, sed & cum ipsò Elobim jam fuisti luctatus & fide fortior vicisti, idèò non amplius vocaberis Jacob, supplantator, sed princeps qui cū DEO certavit & vicit, id est, Israel, Hanc Etymologiam confirmat quoqve congruentia Grammatica, ex futurò enim verbi שָׂרָה sarah, & nomine אֵל El, comòdè fit אִשְׂרָאֵל Israel, הָהוּ vero quiescens voce crescente perit. Ne autem quempiam malè habeat, Israelem hunc nomine veteri posthæc sæpius fuisse appellatum; novi enim nominis impositione non penitus abrogatur vetus, unde haut malè sensum Junius expressit; Non solum vocaberis Jacob, sed Israel quoqve erit nomen tuum, Israel erat nomen honorarium & triumphale (Sicut Ghren-Nabo

Nahme und gleichsam sein. Mittler Kränlein das er in diesem Kampff  
erstritten hatte/ ut ait Lutherus); nec excludebat nomen pristinum ne  
amplius usurparetur, sed obscurabat tantum, quoniam humanitas  
erat inditum, & causabatur, ut inferiore poneretur loco, & cum die  
sepeliretur. vid. Rivet, Exerc. 140. in Genes. p. 543. Confirmatur  
& repetitur hæc nominis mutatio Genes. c. 35, 10.

Ex NT. notantur, 1. Petrus.

§. 6: Plures in V. T. haut inveniuntur quorum Nomina ipse Jeho-  
vah immutarit, ex N. T. annotamus sequentes. Dulcissimus no-  
ster Redemptor Joh. I, 43. ad Petrum ita: οὐ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰω-  
ῦ. οὐ κληθήσῃς ἀνθρώπος. ὁ ἐπεδούλευσας ἕρε. Tu es Simon,  
Filius Jonæ. tu vocaberis Cephas, quod est, si interpreteris, Lapis  
conf. Matt. 16, 16, 17, 18. Papistæ, quæ præsidium causæ suæ in hæc  
mutatione ponant, id singulæ ferè, in scriptis eorum paginæ do-  
cent. Onuphr. Panvinus P. 1. de Primatu Petri contr. Centur.  
Auctores p. 18. ex hoc concludit, esse Petrum à Christo constitutum  
Petram, quæ pondus ædificii sui Ecclesiæ sustineret, Principem po-  
puli Christiani; autoritatem, potestatem ac jurisdictionem, quæ  
Christo soli ut vero Ecclesiæ capiti competit, à Christo fuisse ore  
proprio singulariter Petro concessam. Bellarmin. l. de R. P. c. 17.  
inter viginti octo prærogativas Petri (quas pro stabiliendo prima-  
tu Papæ Ecclesiastico facere putat) primò locò hanc nominis mu-  
tationem ponit, jubetq; ex Chrysostomo in h. l. observare, Deum  
nunquam imponere nomina nisi maximis de causis, & ad signifi-  
canda privilegia, concessa eis, quibus nomina mutantur, uti exem-  
plo Abrahami constat, Nos in hæc cathedrâ constituti, haut no-  
strum putamus, prolixius hanc materiam pertexere & ad examen  
vocare, cum id à Doctoribus Lutheranis & Reformatis passim, ex-  
acte & ad amullim jam sit factitatum; notatū interim digna sunt verba  
D. H. Angli, Th. Morroni in Apol. Cathol. P. 2. p. 386. Sic a, inquit,  
hujus nominis prærogativa est, quam Papales prædicant, procul du-  
bo Spiritus S. nec Job. 21, 15, 16, 17. ubi summam potestatem in Pe-  
trum esse collatā, ajunt: nec Actor. 15, 7 & 14. ubi Petrus, ex senten-  
tia eorundem, eam supremam potestatem exercuit, ejustam insignem  
titulum omisisset. Præterea haut hic facta totalis nominis mutatio,  
sed tantum cognominis impositio, quod patet, tum ex Actor. 10.



vers. 5. & 32. *accersse Simonem de Thimaleu, qui cognominatus*  
*est Petrus; tunc ex eo, quod Petrus & ab aliis, & a se ipso post il-*  
*lud tempus Simon nominetur. Actor. 15. 14. 2. Petr. 1. 1. & ab ipso*  
*Christo. Matt. 16. 17. Luc. 22. 31. Joh. 21. 15. 16. 17. &c. ut taceamus, solum*  
*Christum in Scriptura Petram Ecclesie spirituales dici, Esai. 8. 14.*  
*c. 28. 16. Rom. 9. 33. 1. Cor. 10. 4. 1. Petr. 2. 6. 8. 1. Cor. 3. 11. &c. Ca-*  
*terum haut inficias imus, o minis atq; etiam privilegii cuiusdam,*  
*pra aliis hominibus causa, ut recte observ. Chryso. Cepha s. Petri*  
*nomen Simoni fuisse impositum: erat enim ille inter varias Satanæ*  
*insidias ac tentationes firmâ fide, verâ salutis petrae Christo Jesu ad-*  
*haerens, & super illum ut lapis vivus superaedificandus, exponente*  
*ita ipsomet Christo Luc. 22. 31. 32. dein quoque, erat ipse ministerio &*  
*confessione suâ plurimos super Christo, verâ petra, ipsius virtute aed-*  
*ficaturus, quod ipsemet indicat 1. Epist. 3. 5. quod etiam respicit Chri-*  
*stus Matt. 16. 18. Quid & qualis alias petra fuerit Simon Petrus, pa-*  
*tet ex Matt. 16. 23. c. 26. 70. seq. Gal. 2. 14. 1. Petr. 2. 5. conf. Pfeiffer.*  
*Quinquag. Loc. Ebraic. & Exor. N. T. annexa ejusd. Dub. vexab.*  
*Loc. II. p. 17.*

2. *Jacobus & Johannes.*

§. 7. Porro haut quaquam soli Petro isthac nominis immutatio con-  
 tigit, sed & aliis Apostolis, de *Jacobo & Johanne* legimus Marc. 3. v. 13.  
 & vocabat ad se Jesus quoscunq; volebat, & v. 17. *ἰακώβου καὶ ἰω-*  
*ζεβεδαι καὶ ἰωάννου καὶ ἀδελφοῦ ἰακώβου. (καὶ ἐπιθύνον*  
*αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργῶν, ὅ ἐστιν, ὕψος βροντῆς.)* & *Jacobum*  
*Zebedæi filium, & Johannem fratrem Jacobi: Simposuit eis nomi-*  
*na Boanerges, quod est, filii tonitru. De Nomine Boanerges & va-*  
*ria ejus lectione vid. Pfeiffer. loc. prox. cit. p. 27. loc. 13. ubi prolixè*  
*circa id occupatus est. Si rem & causam hujus mutationis de-*  
*sideramus, placeat audire verba Doctiss. Heinstii in Aristarcbo Sa- cro*  
*p. 277. שכינא, b. est, Præsentia divina Majestatis spiritusq; illius,*  
*ut Hebraei vocant, voce רעם raam s. tonitru nomen Psal. 81. 8. In*  
*secreto tonitru audivi te, ubi אֱלֹהֵי בְרוֹנֹתָי דְּמוֹנָאָא, Symmachus*  
*habet; Chaldaeus illud, רעם כסתר sic vertit, כסתר כסתר*  
*בית שכנתו in loco abscondito Majestatis meae; quod ut pluri-*  
*mum cum tonitru divina Majestatis placita & sacra exponebat Deus,*  
*quem adm. & legem tulit Exodi 19. 19. Unde & tonitru non raro קול*  
*קול, nonnunquam vox Domini Ps. 29, & s. Dei vox accedat, בית*  
disci-

dicitur: *Qua Prophetie species Hebraei, quia cum tonitru plerumq; de futuris monebantur* Conf. Joh. 12, 28. Apoc. 4, 5. c. 6, 1. c. 10, 3. Ex quibus patet, duos venerabiles Legatos *וְיָרֵךְ* vocis ejus ac divinae Majestatis, *בְּוֹאֵי עֲרֵבִים*, h. e. *בְּנֵי טוֹרָן* filios tonitru, ut re-  
fere Syrus, nuncupari. Hæc ille. Nec multum abludit B. Luther in  
Glof. marg. ad h. l. *Unchargetm* (ita en, ille legit) *das ist; Kinder des  
Donners/* bedeutet daß Johannes sonderlich das rechte Evangelium  
schreiben sollte / welches ist eine gewaltige Predigt / die alles erschrecket  
bricht und umfehret / und die Erde fruchtbahr machet. Conf. qq.  
Ehemnis Harm. S. cap. 50.

*An Pauli Nomen divinitus immutatum.*

§. 8. Atque hi sunt in N. T. quibus Christus ipse extra dubium nomi-  
na mutavit. De Pauli nomine adhuc controversatur, & sub judice  
lis est, an nempe nomen Sauli sit divinitus in Pauli mutatum. Vid.  
*Perer. Disp. 1. in Epist. ad Roman. p. 75.* qui late de hoc. *Hackspan.  
Liz. Miscell. c. 8. §. 6.* docet Judæos pœnitentiales sibi ipsis alia im-  
ponere nomina, ratos, si quis pœnitens nomen mutet, præcindi sen-  
tentiam judicialem, quam Deus de homine perdendo (sub initium  
novi anni) conceperat, (vid. qq. infr. c. 3. sect. 2. *de taxandâ Nom. suâ  
mutat.*) exq; hæc contvetudine, ai. arbitrari *Schickardum* Paulum  
dictum è Saulo in signum pœnitentiæ. *Grotius in Act. 13 v. 9.* Pau-  
lum, ex quò cum Romanis convertari cœpit, hoc nomine, à suis  
non abludente, cœpisse à Romanis appellari, putat; cui adstipula-  
tur *Job. Crocius Comment. in Epist. Pauli. min. Epist. ad Tit. c. 1. p.  
4. 2.* probans eum, quem Hebræi & Syri Saulum vocant, Græcos, qui  
illis temporibus Romanis nominibus affveverant, Paulum dixisse, præ-  
primis cum à conversione Sergii Apostolatu inter gentes sit functus, &  
ab eo tempore potissimum ita nominetur: nec improbabile putat,  
Saulum à Sergio Paulum, amicitia gratia, familiae suæ nomine esse  
nobilitatum. conf. qq. *Jac. Alsing. in Sibilo l. 4. c. 28. p. 334.* *J. Sui-  
ta Salmeron,* non vere ur hoc Pauli exemplo palliare institutum Ro-  
manorum Pontificum, qui abjecto nomine in Baptismo inditum, aliud  
papali throno dignum eligunt (de quò mox). Ast resp *Gerh. in nos.  
ad. c. 1. Epist. ad Rom. p. 14, 15. Sanctorum rationem in S. literis  
hanc inveniri, ut nõ suâ voluntate sed Dei nutu nomina mutent, fa-  
cens ipsò Konzenio in Epist. ad Rom. p. 7.* Quis verò Pontificu illu nu-

tum habet; vid. plur. l. e. Observatu adhuc hic dignum est, quod autor Pontificius, Tract: Gallicani, cui titulus, *La Grandeur de l'Eglise Romaine, versi & notis aucti à Job. Henr. Octone. l. 4. c. 5. § 15. p. 312. & p. 384.* ex Patribus antiquis, *Chrystostomo*, qui ait, *quemadmodum Dominus qui servum mercatus est, ostendens se Dominum servi, illius nomen immutat; ita & Spiritus S. fecit; ubi Paulum captivum accepit, vocabulum ejus mutavit, ut inde disceres se novum habere Dominum.* *Theophyl. Oecumenio*, aliisq; probet, nomen Paulo divinitus fuisse mutatum, ideoq; etiam Paulum fuisse Petro æquatum.

## SECT. II.

*Exhibens eos, quibus Deus mediâ Nomina mutavit in V. T.*

§. 1. Perlustratis itaq; nunc & expensis illis, quibus ipse Deus Nomina immediatè mutavit, Viris divinis, jam ad eos nos conferamus, quibus idem Summum Numen mediâ, per *Prophetas* nempe ejus pulsu ductos, *Apostolos*, aliosq; pios eadem immutavit, idque vel in bonum, vel in malum ac pœnam.

*In bonum, Jacobus Patriarcha filio nomen mutavit.*

§ 2. In Bonum; Patriarcha Jacobus, nomen filii sui Benoni, à Matre inditi, in Benjamin permutavit. Sje habent verba textus Genes. 35. 18. *Egrediente animâ Racheli præ dolore (partus) & imminente jam morte, vocavit nomen filii sui Benoni (i. e.) filius doloris mei: Pater verò appellabat eum Benjamin (i. e.) filium dextræ.* Volebat nempe pia Rachel exstare in nomine filii memoriam, quod ex ejus partu, inque illò enitendo extremum passa esset dolorem. Et concesserat serè hæctenus S. Patriarcha mulieribus potestatem, liberis suis Nomina imponendi, hoc autem nomine, minus boni ominis, offensus, vi lens perpetuò iri sibi luctum excitatum, & dolorem de carissima uxore amisâ refricatum, pro autoritate suâ quâ hæc in re pollebat, paululum inflexo sono, Benjamin; id est, filium dextræ, vocavit. Benè ominabatur; & felicia sibi potius promittebat de filiò hòc, æquè ipsi charò ac homini est dextra, proin semper eum ad dextram habiturus, nec passurus à se removeri. *Mercerus* hic sententiam *Rasi* amplectitur, quòd Patriarcha bonò omine eum ita vocarit, quoniam ipsi solus in terrâ Canaan, dextrâ orbis parte respectu Mesopotamiæ, è quâ venerat, esset natus. Alii, gratias eum hoc ipsò persolvissè Deo ducunt, quod adhuc in tam grandævò sene has vires

con-

conservasset, quibus potuerat filium, eumq; robustum (quales ple-  
rumq; sunt, qui nascendo difficultatem pariunt) generare. *via Riv. in*  
*Exerc. 148. in Genes. p. 557. a. Christianus Matth. Hist. Patriarche*  
*p. 408. 17.* variis enumeratis opinionibus quæ hujus nominationis  
ratio sit, tandem concludit: *Dicimus, quod dicatur Benjamin, hoc est*  
*filius dextra, triplici respectu 1. Oeconomicè, 2. Mysticè, 3. Typicè ad*  
*Messiam in quem oculus Jacobi fuit intentus, & conferatur benedictio*  
*Mosis Deuter. 33. 12, quâ tribui Benjamin benedixit his verbis, Di-*  
*lectus Domini habitabit ad securitatem super ipsum, cum Esai, 5, 1.*  
*& c. 42, 1. ubi Messias dicitur dilectus Domini; est quoq; iste Benoni*  
*in suâ passione & morte Es. 53, 4. & Benjamin in suâ ad coelos ascen-*  
*sione & ad dextram sessionem Pl. 110, 1. An verò Jacobus ei hoc no-*  
*men impulerit statim cum Rachel prius indidisset, quæri posset?*  
*Eum uxori in agone laboranti contradixisse, altumq; dorem, qui*  
*ejus, tristem ob conjugis jacturam, animum occuparat, permisisse,*  
*ut de aliò nomine cogitare potuerit, incredibile haut est, potius post*  
*illius obitum, in circumcissione pueri, ubi ægritudinem nonnihil*  
*dies demerat, eum id fecisse, plausibilius videtur.*

*In bonum Moses Josua nomen mutavit.*

§ 3 Ulterius Israëlitiçi populi in terram Canaan Duci *Hosea*, filio Nun  
à Magno illò Prophetà, *Mose*, nomen mutatum in *Jeheschua* s. *Josua*  
Numer. 13, 16. videmus. *וְהוֹשֵׁעַ* *Hoschea*, si appellativè acceperis, est  
imperativus Hiphil, voxq; Deo pro salute supplicantis. *וְהוֹשֵׁעַ* *Je-*  
*hoshua* verò nomen est, futuri significationem habens vi literæ Jod,  
*servabit*, & simul præteriti passivi, vi literæ Vau Schureck, *servatus*;  
dubiò procul certissimâ salvationem populi Dei & introductionem in  
terram Canaan, hæc nominis Mutatione Moses significare voluit  
Nec malè ut typus Christi Josua consideratur, & opere enim, (quippe  
introductio in terram Canaan, typus vitæ æternæ est,) & nomine  
proprio, ut typus cælestis nostri Josuæ & Jesuli, qui cœle ste in Canaan  
nos ducit, eleganter proponi potest, & jam factum à Theologis nos-  
tris passim, conf. *B. Glass Philol. S. I. 4. Tr. 3. Observ. 21. p. 1021.* Cæ-  
terum non possum, quin ridicula Judæorum Commenta de literâ Jod  
addita nomini Hosea, hic adscribam, ea nobis suppeditante *Cl. Ligi-*  
*foto in Hor. Hebr. & Talmud. in Matr. c. 5, 18. p. m. 257, 258*  
*edit: Lips: è Muséo Præcept. grond. nostri omni cultu prosequendi*  
*DN.*

DN. D. Carpozvii. Gemariste Hierosol: Sanbedr. f. 20, 3. ita: Liber  
 Deuteronomii veniens prostravit se coram Deo dixitq; O Domine  
 universi! In me scripsisti legem tuam, jam v. testamentum vacillans  
 in aliqua parte, in toto vacillat: ecce Salomon conatur e me ex-  
 stirpare literam Jod (in hoc scil. textu **וְיָרָבְבָה**, non  
 multiplicabit sibi uxores, s. non ducet multas uxores): Respondit Deus  
 Sanctus Benedictus, Salomon 5 mille ei similes peribunt, ast vocula  
 de te non peribit. Unde dixit R. Honna nomine R. Acha, litera Jod,  
 quam abstulit Dominus e nomine Sarae matris nostrae, ex dimidia  
 ejus parte data est Sarae, & ex parte dimidia Abrahamo. Traditio R.  
 Hofchaja, litera Jod veniens prostravit se coram Deo, dixitq; O Domi-  
 ne aeternae! eradicasti me e nomine sanctae illius feminae! Respondit  
 Deus benedictus: Hucusq; fuisti in nomine feminae, idq; in sine (vide-  
 licet in Sarai) nunc porro eris in nomine Viri idq; in initio: Hinc  
 est quod scribitur; Et vocavit Moses nomen Hofchea, Jehoschua. Ba-  
 bylonici etiam hanc translationem Jod e nomine Sarai ad nomen  
 Josua sic referunt, Sanbedr. f. 107, 1. Jod Litera, inquit Deus, quam  
 excepi nomine Sarai, stetit & ad me clamavit quam plurimos annos,  
 usq; dum oriretur Josua cujus nomini eam addidi.

Gideoni cognomen additum JerubBaal.

S. 4. Nos properantes, tertio proponimus loco Gideonem, cui (Jud.  
 6, 32. cognomen additum JerubBaal, sic verba sonant; Ab illo die  
 (quod nempe destruxerat altare Baalis) vocabant eum JerubBaal,  
 dicentes, contendat cum eo Baal, qui confregit altare ejus: Non  
 est quod hic ratione cognominationis quaeramus, quoniam expressis  
 additur verbis, contendet Baal, ob contrafractionem arae suae v. 28, 29.  
 & sermonem Patris Joas vers 31. Jerubb est a Radice **וְרָבַב** rabb, liti-  
 gavit, ac additur Jod, quae nota futuri. Nec plura hic monenda.

Salomoni additur cognomen Jedidiah.

S. 5. Ad ultimum ex hac classe sistimus Salomonem, cui a Propheta Natha-  
 ne superadditur nomen Jedidiah, 2. Samuel. 12, 25. Vocatum eum  
 Jedidiah propter Jehovam, dicit textus, quod Junius propter Chri-  
 stum Jehovam **ὁνομασθέντος καὶ αὐτοῦ αἰδίου** Patri & Spiritui S explicat, dum  
 in Christo & Deo dilectus fuit, & typum regni ejus aeterni exhibuit.  
 Id autem importat nomen Jedidiah, nempe dilectum Dei, a **וְיָדִיד** jedid  
 dilectus, & **יָהוָה** Jah, quod nomen Dei est. Quidam ex Proverb. 31, 1.  
 Saseo.

*Salomonis*, à blanda matre additum nomen *Lemoël* volunt, formatum per Apharesin primæ literæ de *Salomonis* nomine, & paralogogen nominis *El*, quod est Deus fortis, ut *Lemöel* eum connotet, qui Dei fortis est. V. Geier. in Prov. h. l, p. 16, 6. edit. pr. & Calov. Bibl. Illustr. ad h. l.

In malum, *Jeremias* nomen *Paschur* Pseudopropheta immutat. §. 6. In malum ac pœnam, PseudoProphetæ *Paschur* nomen per Prophetam *Jeremiam* Deus mutavit in *Magur Missabib*. Jerem. 20. v. 3, legimus: Et postero mane (cum diem ante eum in carcerem coniecisset) eduxit *Paschur* *Jeremiam* Prophetam ex carcere, & dixit ad eum *Jeremias*, DOMINUS hanc vocat *Paschur* nomen tuum, sed *Magur Missabib*. Congruè hujus mutationis analogiam ostendit B. Luther. in Gloss. Marg. *Paschur* köm̄t her von *Pas* das heist breit / und *Hur* weiß. *Magur* heist *Surch* / (*Missabib* umb und umb.) So verfehret nun *Jeremia* deine seinen *Nahmen* / als solt er sagen: Du solt nicht so groß breit und weiß hergehen wie dein *Nahme* lautet / sondern *Surch* und *Schrecken* sol umb und umb dich her sein / das es enge und schwarz genug umb dich sey. Notandum a. respicere B. Luther. ad Radicem *פּוּשְׁב* *pusch*, quæ abundare, s. multiplicare notat, quandoque etiam diffundere s. dispergi, Nah. 3. 18. vel etiam ad Radicem *פּוּשְׁב* *pascha*, quod expandendi seu diffundendi significatum obinet.

In N. T. Discipulorum nomen in Christianorum commutatum. §. 7. Atque hi ex Veteri Testamento. In N. fœdere insignis est mutatio, quam Actor II, 26. observamus: commutatum ibi Discipulorum in Christianorum nomen. Antea en. vocabantur illi, qui subscribebant & adhærebant doctrinæ de Christo Apostolica & Prophetica *μαθηται* discipuli, quoniam Apostoli jubeantur *μαθητεύειν*, discipulos facere Matt. 28, 19 &c. jam Christianorum illis datur nomen. Disceptatum olim fuit, & adhuc, unde ita dicit *Christiani*. Theophyl. Antioch. l. 1. ad Auzolyc. qui habetur int. 5. Biblioth. Patr. Christianos à Chrismate definit, quod ulnis amplectitur ambabus Bellarm. l. 2. de Confirm. c. 8. §. 15. nec non Salmeron. t. 12. tr. 33. p. 218. monens simul, Christianum ter extrinsecis ungi, per Baptismum, per Confirmationis Sacramentum, & per extremam unctionem, de quibus tamen externis unctionibus Scriptura planè nihil  
C novit

novit. Spiritualem defendit illa unctionem, an verò ab eà nomen hoc  
 Discipulis istis primùm natum, meritò dubitatur. Equidem *Alba-*  
*Spin. Observ. Eccles. l. i. Observ. 25. p. 119.* probare se putat, antiquos  
 eum demum pro Christiano agnovisse, qui Spiritu S. confirmatus &  
 oleò sanctò oblitus esset, non statim illum, qui baptizatus, uti ho-  
 diè apud nos fit; alit putat, contrarium en. patet in ipsò hoc exem-  
 plò, dum omnes Discipuli *Christiani* appellati, nec aliquid de  
 Confirmatione Pontificià tunc constitit. Sanè *Drüssius in Præter,*  
*ad h. l. p. 178.* haut veretur scribere, illos, qui existimant *Christia-*  
*nos ab unctione spiritali primùm dictos, totò calò errare, & vel*  
*ex hóc loco refelli posse, ab hác en. unctione non Christiani, sed Chri-*  
*si potius vocandi, juxta illud, nolite tangere Christos meos. Huius*  
*Grot.* existimat, ità dictos fuisse Christianos Græcorum more, qui  
 à Magistris Discipulos nominabant, ut à Pythagorà, Pythagoræos,  
 ab Aristotele, Aristotelicos &c. nec malè: à Christo enim, cui no-  
 men dederant, aut quem induerant, quid obstat, quominus Chri-  
 stiani nominarentur? *V. Thom. Gataker in Cinnop. p. 100. & Baron.*  
*Not. ad d. 22. Februar. Martyrol. Rom. p. 0.* ubi in hanc sententiam,  
*Athanasii* adducit verba, dicentis, omnes sectatores vocabant suos,  
*Discipulos. Hinc Apostolè unò nomine omnes veròs discipulos,*  
*Christianos appellabant, discernentes hoc ipsò eos à communi Disci-*  
*pulorum vocabulo. Quare autem Christiani, & non æqvè Jesuani*  
*1. Jesuitæ dicti sint, & nos simus, hinc fieri videtur, quoniam*  
 Christus, Spiritualis unctionis nos participes reddendo, 1 Joh. 2,  
 20. Ebr. 1, 9. nos fecit Reges & Sacerdotes, Apoc. 1, 6. non verò Re-  
 demtores s. Salvatores, quòd infert nomen Jesus Matt. 1, 21. Equi-  
 dem *Epiphani. in Heresi Nazaraeor.* testis est, L. 1 T. 2. Her. 29. p. m. 52.  
 illos prius vocatos fuisse de nomine *Jesu Jessaos* & sub tali nomi-  
 ne celebratos fuisse discipulos Christi in *Ægyptò*, è Philone Ju-  
 dæo probat. Verùm enim verò, si unquam vocati ita Christiani,  
 ab aliis potius ita appellati sunt, quàm ut sibi hoc arrogarint no-  
 men; & modicò, ait ipse *Epiph.* tempore duravit, priusquam in An-  
 tiochià initium factum Discipulis Christianorum nomen tribuere.  
 Neque favet Jesuitis, quòd in V. T. nomen Jesus quibusdam tribu-  
 tum, quippe illi Salvatoris nostri fuere typi, quibus jam nunc haut  
 est opus. *V. plur. Dn. D. Höpfner. in Saxon. Evangel. edit. novis.*

p. 393. ubi inter alia inquit; *Sane, dum hodierni Monachi Lojoliæ socios Jesu s. Societatis Jesu se esse proficentur, nescio quid maliominus habeat hac appellatio, cum in totâ Scripturâ nemo sodalis s. Socius Jesu vociretur, præter unum Judam proditorem, & quidem ab ipsò Christo Matt. 26. 50. ἐταῖρος, ἔφ' ὃ πῶς; Socie, s. Sodalibus ad quid ades?*

*Christianis hoc nomen datum Antiochiæ.*

§ 8. Cæterum Antiochiæ fideles hęc ornatos fuisse Nomine, Acta docent, non certè sine magnò urbis honore: inde *Chrysof.* homil. 7 ad Popul. Antioch, in Matth. magnam civitatis illius deprædicat dignitatem, *quam civitatum, quæ sunt in mundò cunctarum habeat nulla, nec ipsa, pergit, Romuli civitas, propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest.* Proin si ulli Papalis dignitas esset assignanda urbi, Antiochia id potiùs quàm Roma merita fuisset. Hinc scite *B. Luther. T. 8. Oper. Germàn. p. 451. b. Alienb.* Die Kirche zu Antiochia hat so zu genommen / das die Gläubigen daselbst am ersten sind Christen genandt worden. Wenn solch Vortheil der Pabst hätte / daß die Jünger zu Rom am ersten wären Christen genandt worden / so würden alle zehn Himmel / wie die Astronomi zehlen / dem hochmuthigen Wanst zu Rom viel zu enge sein / seinen Ruhm zu begreifen. *Conf. id. T. 7. Oper. Germ. p. 263. a. Disputantes a. adeò & vel omnia moventes Romanæ curiæ Gnathones, ut sedis primatum Romanæ Ecclesiæ debere obtineant, volvant prius secum, annon de illis quoq; Chrysofostomi querela ingeminari possit? Hic homil. 7. in Matth. quam Antioch: habuit, Antiochenis, de primatu cum aliis urbibus Patriarchicis contendentibus, exprobrat, quod, dum adeò suæ velissentur ambitioni, non pudeat ipsos in certamine multò meliore de temperantiâ & castitate (constat a. eadem ex homil. quod non erubuerint Christiani Antiochenes detestandis illis spectaculis, ubi maribus inspectantibus nudæ feminae aquis innatabant, interesse;) se ab inferioribus civitatibus superari. Quid, sodes, sanctus esset dicturus Pater, si oculis aut auribus usurpare ei contingeret, quomodo sancti Pontifices Romani cum Clero suò vivant? Consuli de hęc merentur, *Dieteric. in libr. Sap. c. 3. conc. 1. p. m. 346. sq. DNI. Theologi Saxon. in fundam. Pupille defens. p. m. 102, 171, sq. 539, 710. Gerhard. L. de Eccles. § 251.**



seq. it. § 262. seq. it. L. de Conjug. § 52. DN. D. Masius Praefat. ad  
Traët. de Convers. DN. D. Mülleri in Defens. Luitberi D. sens. Bal  
duin. in Cas. Consc. p. m. 1194. B. D. Zeeman. t. Ungersdic. p. 42  
43. DN. D. Scherzer. in Program. Publ. Program. 9. p. 128. &  
progr. 18. p. 231, DN. D. Siric. in Simone Magò passim; & alii pluri  
mi hinc inde, qui lectionem nostram fugiunt.

*Christianorum nomen exosum: Ab Ethnicis & Judæis in  
alia fœdissima varia nomina mutatum.*

§. 9. Sed ut ad Nomen Christianorum revertamur, mirari subit, cur  
nullus Apostolorum Epistolam quãdam fidelibus sub Christiano-  
rum nomine inscripserit. Invenitur aliàs nomen hoc in N. T. ter,  
puta hic Actor II. c. 26, 28, ac I. Petr. 4, 16. quãvis Cl. Rietershus  
scribat l. 5. Sacrar. Lect. c. 2. nomen hoc nusquam alibi in cosò N. T.  
existare, præterquam hic & apud Petrum l. c. Quã exosum verò &  
invisum fuerit hoc nomen gentilibus, id exprimi vix poterit. Fre-  
quens erat vulgi adversus Christianos clamor, *Christiani ad Leo-  
nes, Christiani ad bestias*, ap. Baron. not. ad Martyrol. Rom. d. 1.  
Febr. p. 88. Cum Antiochie Discipuli discriminis gratia diceban-  
tur *Christiani*, non post multum temporis hæresici emulati sunt,  
Carpocratianiq; primùm usurparunt, ut Epiphan. her. 27. scri-  
bit. Hos securi sunt cæteri, irrogantes contumelias huic Nomini  
falsã doctrinã ac morum horrendã pravitate, quã ob causã  
execrandum Gentilibus factum est nomen *Christianum*, ad eò ut  
ipsam solam absq; aliqua aliã noxa (ut scrib: Tertull. in Apol.)  
esset in crimen, ait id: Baron. l. c. d. 22. Febr. p. 130. Conf. qq. Hornei.  
l. 2. Hist. Eccles. c. 2. p. m. 160. ubi eadem cum dolore scribit, Hinc apud  
Tertull. in Apolog. legitur, *Bonus Vir Cæsar Sejus, sed malus quia  
Christianus*: cit. Voss. in Comment. in Epist. Plinii de Christianis  
p. 11. sq. Quin etiam variè fuere infamati, & aureum hoc nomen  
in alia turpissima & spurcissima, tum abs *Judæis*, tum à *Gentili-  
bus* commutatum est. *Judæi* ut plurimum *Nazaraos* & *Galileos*,  
teste Suida, vocabant. *Quod Galilei, Chrysof. contra Gent. Na-  
zianz: orat. c. Julian: ac Theodoret l. 3. c. 7. docent. Judæos hãc in  
parte Apostatarum pater, Julianus, cognomentò Apostata, imitatus  
est, Nazianz de eò orat. 1. c. eund. p. 40. ita: Julianus Christianos  
contumelia causã appellavit Galileos: & p. 41, 42. Hoc valde pœ-  
rile*

rile fact. *Gloriam plenam, & nequicquam Viri Regii* (sed neq;  
alterius cuiusdam vel mediocriter animo fortis) quod nominis no-  
stri immutatione existimationem ledi nostram, aut illa nobis con-  
tumeliam irrogari posse arbitratus est, tanquam a turpissimis co-  
gnominaremur hominibus, confessim en. nomenclaturam nostram  
innovare cepit, Galileos pro Christianis appellans, &c. v. qq. So-  
trat. l. 3. Hist. Eccles. c. 12. p. m. 185. Quod Nazareos, testatur Hie-  
ronym: scribens, *Judeos Christianis sub Nazareorum nomine ter*  
*in die maledicere.* Abs Ethnicis & paganis incredulis appella-  
bantur *Judei*, ceu ex *Tacito in Annal.* & *Sveton. in Claudio* p. m. 301.  
aliisque liqvet. conf. *Baron. l. c. d. 7. Maj. p. 284. b.* forte inde, quia  
multi ex Judæis inter gentiles passim degentibus Christianam am-  
plectebantur religionem. A Romanis, *Asinarij*, & *Asinicola* dice-  
bantur per scomina, (cujus appellationis quæ ratio sit, inter doctos  
adhuc controversatur, v. *D. Balduin. Comment. in Zachar. c. 9 p. 591.*  
*Dilher: Elect. l. 2. c. 13. Zimmerm. ad illud Tertull. sunt non na-*  
*scuntur Christiani §. 109.)* item *Sarmentitii*, ap. *Tertull. Apol. adv.*  
*Geni. c. 16. & 50. it. Christiani, Christum etiam Christum* nomina-  
bant, quam tamen appellationem, si quoad vim vocis spectes, minus  
esse inhonestam, docuerunt Patres passim. Porro *Atheos* quoq; di-  
ctos esse à Gentilibus, patet ex *Justin. Mart. Apol. 2. Sacrilegos. ex*  
*Baron. l. c. ad. d. 1. Jan. p. 7. Magos*, nec solum Magi appellati sunt,  
sed & pro Magicâ arte imbutis habiti, utq; Magi puniti, scil. post  
multa tormenta igni traditi, ut est ap. *Baron. l. c. d. 2. Jan. p. 11. &*  
*d. 27. Febr. p. 139.* de aliis calumniis & injuriis conf. *D. Zimmerm.*  
*l. c. § 99. sq.* Nec hujusmodi dictoriis solum tuere infamati, sed  
ipsò opere & factis: *sapius undiq; per theatrum abscissis manibus*  
*circumducebantur, precedente pendenteq; in pectore tabula cum*  
*Inscriptione, Hic est Christianus, quod causam pæna indicabat; ap.*  
*Baron. l. c. p. 55. d. 20. Jan. Ut Deorum hostes & Imperii perdu-*  
*elles existimabantur & puniebantur; ap eund. p. 58.*

*An Lutherus voluerit permutare nomen Christianorum, in Lu-*  
*theranorum & Evangelicorum? Unde hodie Papista-*  
*rum Calvinian. & Evangelicorum Cognomina?*  
§. 10. Et credo Papistas hanc calumniandi artem à gentilibus hausisse,  
ex iis en. *Solmeron, B. nostrum Lutherum* invadit, quod No-  
men

men Christianorum extinctum voluerit, idque in Evangelicorum  
mutaverit, ac novâ adeo nomenclatura, id est hæreticâ, suos voca-  
rit *Lutheranos & Evangelicos*, id quod deplorandum esse exclamat!  
t. 12, tr. 33. p. 218. Alit verò, ubinam Lutherus noster Christiani no-  
men averſatus est? certè appellationem Evangelici aliter, nisi qua-  
tenus idem sonat ac verè Christianum, admitti noluit; Audiatur  
ipse Megalander t. 2. p. 130. edit. Germ: Altenb. Wahr ist's / daß  
du ja bey Leib und Seel nicht sagen solt/ ich bin Lutherisch/ oder Pâp-  
stisch/ denn derselben ist keiner für dich gestorben/ noch dein Meister/  
sondern allein Christus/ und solt dich einen Christen bekennen. Aber  
wenn du es dafür hältst/ daß des Luthers Lehre Evangelisch / und des  
Pabsts Lehre Unevangelisch sey/ so mustu den Luther nicht so gar hin-  
werffen/ du wirffst sonst seine Lehre auch mit hin/ die du doch für Christus  
Lehre erkennest: sondern also mustu sagen/ der Luther sey ein Dube oder  
Heiliger / da liegt mir nichts an/ seine Lehre ist nicht sein/ sondern Chri-  
stus selbst Lehre. & t. 2. Jenens. edit. A. 72. f. 62. § 1. Es sind ihrer die  
sich freuen daß sie Lutheraner heißen: o du Thore! nicht also/ nicht also!  
Ich bitte dich verschweige meinen Nahmen / niemand nenne sich keinen  
Lutheraner/ sondern einen Christen. Was ist der Luther? Ist doch die Leh-  
re nicht mein / auch bin ich nicht für euch gekreuziget. Der grosse und  
heilige Paulus wolte nicht: leiden/ das sich die Christen von ihm Pau-  
lisch nenneten 1. Cor. 3, sondern Christisch. Woher solte es denn mir sün-  
denden Waden-Sack zukommen/ das die Kinder Christi von meinem  
elenden und geringsten Nahmen solten genemmet werden? Ferne sey  
es ihr meine Freunde/ ferne sey es/ laffet uns solche Spaltungs-Nah-  
men abhün/ und Christus werde allein genemmet/ dessen Lehre wir ha-  
ben. Die Pâpstler führen billich einen Spaltungs Nahmen / weil sie  
nicht mit der Lehre Christi vergnüget sind/ sondern wollen auch Pâpstler  
heißen. Laffet sie demnach des Pabstes sein/ der ihr Meister ist/ ich  
bins nicht/ will auch keines Meister sein. Ich habe mit der Kirchen  
eine Lehre Christi/ der ist unser aller Meister. De ceterò, cur ho-  
diernò die, ex quò nempe proh dolor! Christiani in varias se-  
ctas divisi sunt, illi, qui Pontificis Romani errores approbant,  
*Pontificii & Papisle*; qui à partibus stant Joh. Calvini, *Cal-  
viniani*, seu uti malunt, *Reformati*, quò tamen sensu, v. ap. D. Scher-  
zer. Progr. 15. p. 20, eò scilicet, quò vel Belgæ, von Reformirten  
Sprume

Strumpffen/ vel Milites, von Reformirten Rittersheffern/ loquuntur,  
qui verò Doctrinæ Evangelicæ insistant, *Evangelici* nominatu  
(utut omnes Christiani sint, h.c. Christo per Baptismi collationem  
inserti. V. DN. Theol. Saxon. in *Fundam. Pupil. D. fens. p. 64.*) à No-  
stratibus pridem ostensum, simulq; monitum, quod Calviniani nul-  
lam causam habeant, cur dolenter ferant, v. *Dan. Chamieri T. 4.*  
*Panstrat. Cathol. l. 10. c. 5. §. 4.* eò se insigniri à Nostratibus nomi-  
ne, V. B. D. Menzer: *Anti Croc. Disp. 1. §. 11. sq. DN. Theol. Witcb. in-*  
*Fundam. Demonstr. P. 1. c. 1. 9. confer quosq; B. D. Höpferi Saxon. Evan-*  
*gel. p. 127.* qui Pontific. Calumniis ex professo respondet, docetq;  
dici nos Evangelicos, quod *Evangelicam, hoc est, omnem doctrinam*  
*Christianam ad fidem & cultum necessariam, imprimis verò Ar-*  
*ticulum de gratiâ remissione peccatorum, & hominis miseri cor-*  
*ram Deo justificatione & salvatione, purissimè tradamus: sicut E-*  
*vangelium Marc. 1. 4. & c. 16, 15 de omni verbo Dei usurpatur it. ps*  
*80. ubi ex mente Poëtyd. Virgili; nos eò dici Evangelicos tradit;*  
*quòd hauri ullam esse recipendam asseveremus legem, quæ ad ani-*  
*marum salutem pertinet, nisi quàm Christus & Apostoli dedissent.*  
Lutheranos verò, propter *ministerialium Lutheri instructionem,*  
*quæ falsitates & abominations à Ecclesia Romanâ ob oculos nobis*  
*posuit, & cœlestem veritatem demonstravit.* Conf. eundem p. 80. it.  
p. 113. ubi exponit, quo sensu Pontificii dicantur Catholici, per *Synec-*  
*dochen nempe, quod aliquid fidei Catholicæ adhuc retineant &c. it. p.*  
*114.*

*Dignitas maxima esse Christianum.*

§. II. Ast diutius ferè, quàm par erat, hisce immorati sumus; unum  
tamen adhuc addimus, maximam nempe dignitatem esse Christi-  
anum, sedulamq; adhibendam curam, ne istò nos reddamus indi-  
gnos nomine, neque habeat caput nostrum Christus, quod nobis ac-  
clamet, sicut quondam Alexander M. militi, sibi quoad nomen  
simili, quoad virtutes verò dissimillimo; *Adolescens, aut nomen*  
*muta, aut mores.* Unde digna sunt, quæ quotidie ponderentur ver-  
ba, *Salviani de Gubern. Dei l. 4 pr. p. 101. in nobis, ait, Christia-*  
*num vocabulum quasi aurum Decus est, quò si ind gnè utimur,*  
*fit, ut sues cum ornamento esse videamur.* Conf. *Rittershus. notæ*  
*ad h. lib. p. 107. Greg. Nazianz. Orat. 3. 12. 20. 31. &c. August. de Vit.*  
*Christi. p. 440. 441. 442. 443.*

CAP.

## CAP. II.

Sect. I

*Exhibens ex Scripturis exempla eorum, quibus Reges infideles Nomina mutarunt, Primòq; locò proponitur Joseph.*

§. I. Superfunt adhuc ex Sacris eorum exempla, quibus Reges infideles Nomina mutarunt, inter quæ primum obtinebit locum Josephi, cui Pharaon Ægypti Rex, mutato priore, *Zophnat-Paaneach* nomen indidit. Genes. 41, 43. quod nomen Lutherus der heimliche *Nath*; Vulgata, *Salvatorem mundi vertit*, quam Vulgatæ versionem *Rivet. Exerc. 159. in Genes. p. 608.* refellit, eam verò quæ explicat, quod significet Virum, cui secreta revelantur, approbat. Communiter aliàs *Zophnat* à rad. Hebræa *אָפְנָד* *abscondidit* derivant, rati, eundem apud Ægyptios illam obtinuisse significatum; quid verò posterior vox *Paaneach* connotet, de eò, admodum incerti, nutant: receptissima est sententia, Ægyptiacam esse, ac significare Doctorem, totumq; adeò resolveretur nomen in Doctorem absconditorum locutorum. *V. Buxtorff. Lexic. Hebr. & Chald. p. 657 in Rad. אָפְנָד zaphan, abscondidit.* Neque negari potest, hanc notationem maximè cum re s. causà, quæ Josephum ad aulam Pharaonis evehit, congruere. Præterea esse quoq; hanc hujus vocis significationem in Ægyptiaco s. hodiernò Copto, *Athan. Kircher. Prodr; Copt. c. 5. p. 126.* dicit, cui aures Clarissimi Viri præbuere, *Sam. Bochart. in Phaleg. l. 1. c. 15. p. 67. Höttig, Exerc. Anti-Morin. p. 47.* aliique plures, *V. Pfeiff. Dub. Vex. Cent. 1. p. 214.* Nobis hic admodum arrident verba *Mariane* in h. l. quibus *Rivet. l. c.* discursum suum finit: *Ego, inquit, voces ut sunt in Hebræo intactas relinquerem, ne cujusquam interpretationi præjudicaretur. Titulum fuisse honoris dignitati convenientem, haut dubitamus.* Rationem mutationis exprimit quoq; *Rivet. l. c.*, morem nempe fuisse Principum Orientalium eorum Nomina mutare, quos ad aliquam evehebant dignitatem, judicasse qq. è re Pharaonem, si novò nomine Josephum insigneret, quò dignitas ejus notior fieret, & causa cur ad eam evectus. *Bochartus v. Hierozoic. l. c. cap. 1. Sect. 1. §. 1.* existimat. idèò factum, *ut ex novo nomine se novum habere Dominum disceret*; Et solitos fuisse Barbaros mutare iis nomina, quos peculi-

peculiari ratione suo addixere l. obsequio l. servitio, idq; non sine  
omine & certâ significatione, annot. *Drus. l. 12. Observ. c. 3.* & ex eò  
*Dillherr. Dissut. T. 1. p. 166.*

*Secundò locò Daniel cum sociis.*

§. 2. Patet id quoq; in Daniele, & tribus sociis quibus Princeps Aulico-  
rum jussu Regis, alia imposuit nomina, Dan. 1. 7. nominans Danielelem  
*Belsazar*, Hananiam, *Sadrach*, Misaelem, *Misach* & Afariam *Abed-  
nego*. Ipsa quod spectat nomina; *Daniel* Dei significat iudicium, s.  
in quò iudicium exercet Deus, *Chanania* Dei gratiam s. cui gratifi-  
catus est Jehovah: *Misael* eum, qui est Dei fortis, *Azariah*, adju-  
mentum Jehovah, s. cui Jehovah adjutor est. Pro his alia sunt  
à Rege substituta, deducta ex Nominibus Deorum Babylonicorum,  
partim ob rationes jam dictas, partim etiam, ut Nominum divino-  
rum *El* & *Jab*, quæ in propriis eorum Nominibus extabant, o-  
mnem delerent memoriam. Daniel vocatur *Belsazar*, hoc  
est Beli recondens thesaurum, s. Sacerdos mysteriorum Beli, à quò  
nomen eum habere, luce clarius patet ex c. 4. vers. 5. (Erat a. Bel ido-  
li cujusdam nomen v. Esai. 46, 1. *שש* est *recondere*, & *צר* *the-  
saurus*. Chanania appellatur *Sadrach*, id est commotio l. afflatus,  
(Solis nimirum, ap. eisdem pro Deo & Rege habiti, conf. 2. Reg.  
23. 11) à *שד* commovere, vel effundere, & *רר* quod Babylo-  
niis Regem significat. Misael vocatur *Misach*, cujus etymon aliquantò,  
obscurius est, *Junius* vertit, qui *dea festiva est*, *שח* qui est, *רש* vel *שח*  
ex verbo Caldaico *Schejar*, quod est, *manere stare*. *Schaca* a. ait,  
esse *terram*, quam Babylonii nomine *Schaca*, perinde ut Latini etiam  
*Telluris* vel *Opis* nomine coluerunt. Atq; hinc quoq; *Schescha*. Jerem.  
25, 26. c. 51, 41. quò significabatur ænigmaticòs *Babylon*, festum *Schaca*  
celebratura, cum à Cyro oppressa fuerit. Azariah dicitur *Abednego*;  
hoc est *servus Negonis*. Nomine *Negonis* a. celebrabatur apud  
Babylonios *ignis*, a *נר* splendere, *lucere*, & huic quoq; divini-  
tatem tribuisse Chaldæos, constat. Ita Junius ex Nominibus  
Deorum Babylon: hæc nomina deducit, *Lecl. in Daniel: 1. T. 1.* Ope-  
rum col. 1162. sq. Paulò aliter è Patribus sentire videtur *Isidor. Pelus.*  
l. 1. Epist. 19. p. m. 5. 6. *Quæris*, inquit, *cur magnus Daniel, unà cum*  
*tribus adolescentibus piis, à Babylonicò Rege ignis supplicio minimè*  
*multatus fuerit, cum ejusdem cum ipsis sententia esset, ejusdem tri-*  
*bus*

D

bus

bu' victusque socius, imò ut rectius loquar, pietatis Magister.  
 Respondeo, hoc divinò consiliò & providentiâ contigit, ne impii ho-  
 mines flamma oppressonem DEI Babylonici nomini adscriberent.  
 Balthasarem en. eum, in honorem declarationis rerum arcana-  
 rum appellabant, Dan. 4, 5. Atque ejusmodi opinio apud illos vi-  
 gebat, nempe ipsorum DEUM, si vel duntaxat ejus nomen pronun-  
 ciaretur, res miras perpetrare. Deus igitur, ut hanc opinionem  
 comprimeret & aboleret, in hòc judiciò Danielem ab aliis sejun-  
 xit, relictis juvenibus, & solâ juvenum innocentia, & divinò auxilio  
 suo, quò illa fornax ardens composita & exstincta est. Hæc ille.  
 Notandum hic adhuc est, quod commemorat Dannhauer. Col-  
 leg: Decal: p.m. 57. Ministrum quendam Genevensem magnope-  
 re Baltharis nomen abhorruisse, quod in honorem Beli imposi-  
 tum Danieli esset, Belique recondens thesaurum significaret; ast  
 monet idem, hòc modò nec Mariæ, nec Georgii &c. nomina esse im-  
 ponenda, cum & eis ad impietatem & olim & hodiè abusi sint; di-  
 stinguendumque docet, inter nomen Deastri ipsum, & nomen inde  
 denominatum.

*Exempla alia.*

- §. 3. Alia porro exempla, 2 Reg. 23. 37. leguntur, ubi Pharao Necho  
 mutavit nomen Eliakim in Jojakim, quorum eadem & una est signi-  
 ficatio, Deus nempe surget. &c. 24. 17. ubi Babylonis Rex à se con-  
 stituto Judæorum Regi Mathaniz nomen in Zidekia mutavit, quo-  
 rum prius, idem ac Donum Dei, posterius, justum Dominum si-  
 gnificat. Estheræ fuisse Hadassæ nomen impositum, cum Ahasve-  
 rus eam matrimonio sibi jungeret, ex Esther. 2. 7. Drusus auguratur.

*Reges hi infideles sibi ipsis Nomina mutarunt.*

§. 4. Nec aliis solummodò hi infideles Reges Nomina, sed sibimet ipsis  
 ad Regiam dignitatem evectis, eadem immutarunt. Hinc unò  
 tempore omnes Egyptiorum Reges vocantur Pharaones, quod fu-  
 isse regiz dignitatis nomen, Augustinus probat, nec minus verifi-  
 mile est, fuisse primò insignis alicujus Regis proprium nomen, id-  
 que boni ominis ergo in successores propagatum. Aliò, Alex. scil.  
 Magni tempore vocabantur Ptolomai, Scaligeri ap. Wolfium T. 2.  
 Lect. Memor. Cent. 16. p. m. 1044. observatio est, Reges Babylo-  
 niorum omnes, ad Imperium accedentes, nomen mutare solitos  
 fuisse.

fuisse. Idque etiam de pluribus aliarum gentium Regibus verum esse, haut difficile collectu est ex iis, quæ notat Glasi. Philol. S.I. 4. Tr. 3. obser. 19. p. 995. sq. Quam sæpius etiam Nominibus Principum ac Regum Deorum Nomina, omnis boni ergo, adjecta sint, demonstrat Selden: Synr: 2. de DI's Syris c. 12. p. m. 341. nec parum huc faciunt loca, Jerem. 40, 4. ubi Rex Ammonitarum Balam vocatur, & Danielis 4. s. c. 5. 1.

*Nomina Cesaribus Romanis post mortem mutata.*

§. 5. Cesaribus quoque Romanis, inter DEOS relatis, Nomina mutata, notorium est. Conf. *Antiq. Rosini cum Augm. Demsteri*. l. 3. c. 10. p. m. 479. 480. *Alex. ab Alex. Gen. Dier* 16. p. 352. b. *Edon. Neubus*. L. 2. *Sacr. Fatidic*. p. 6:9. & *Lactant. divin. Instit.* l. 1. C. 21. p. 64. Nomina hic, ait, mortuis consecratis immutari credo, ne quis putet eos homines fuisse: Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemensis, & Circa Marica, & Ino postquam se precipitavit Leucothea, materque Matuta, & Melicertes filius ejus, Palamon atque Proturnus.

*Pontifices Romani Nomina sibi adhuc hodie mutant.*

§. 6. Et omnium optimè & propriissimè, inquit Magnif. DN. D. Sioricius Præcept: Hospe sq. quondam noster in hac almâ submissè venerandus; in Idolò Papali p. 35. hæc Nominum mutatio, mortuâ s. Idolis per *ἱεροῦ* gentiliam consecratis, facta, ad illam Nomina mutationem, quæ Pontifici Romano in usu est, applicatur, ille enim, tanquam constitutus super omnia Idola, nomen mutat, eoque solò, priore omninò repudiato, tanquam Idolum Papale uctur, non secus, ac factum in Apotheos Gentilium. Quònam alias seculo & cum quò hæc Papalis Nominis mutatio introducta sit, adhuc controvertitur. *Centur. Magdeb.* C. 9, c. 6 p. 139. D. de ritibus circa ordinationem, ita loquuntur: Pontifices Romani propria sua, quæ in Baptismò acceperunt nomina, abnegare hòc seculò ceperunt. Nam Osporci, cum ordinaretur, Sergii nomen sortitus est; quæ res legis vim ad eò accepit, ut Pape omnes postea sua mutarent nomina. vid: *Cent. ead.* C. 10. p. 153. l. 9. Sergius. II. primus fuit, qui nomen Christo datum & in Baptismò susceptum, propria voluntate abnegavit, ac aliis suis successoribus exemplum proposuit, quod plerique postea imitati sunt. Nam Sergius & non Osporci in pontificatu duci voluit.



Communis itaque sententia est, Sergium II. qui anno 844. sedit, & antea, *Petrus Bucca Porci*, juxta *Baron.* vel *Platin.* Osporci, (*Saurius*) dictus fuit, nomen tuum, ut pariter vulgò putatur, propter adhaerentem turpitudinem, primum mutasse, & *Sergium II.* se nominasse. Conf. *Grantz. Metrop.* l. 1. c. 32. c. 55. l. 2. c. 1. p. 99. *Wolf. Lect. Memor.* T. I. Cent. 9. *Dieter. Breviar. Pontif.* p. 152. & *Caranza Summ. Concil.* p. m. 558. E contra *Hanneken. in Exam. C. 1. Becan* p. 26. aliique ex *Onuphriò* volunt, *Johannem XIII.* primum nomen mutasse, & rursus alii, *Sergium III.* alii, *Sergium IV.* id primum fecisse. *V. Montac. Orig. l. 1. p. 113.* Nos hic amplectimur verba *Danhau: μωνηροφ.* Sect. 2. Artic. l. p. 51. dicentis. *Primus inter Pontifices, qui nomen mutavit, isne fuerit, qui prius Petrus Bucca porci, post Sergius appellatus, an Johannes XII. qui prius Octavianus, uti contendit Baron. ad an. 955. n. 4. an Sergius. IV. conf. eund. ad an. 1009. n. 3. in medio relinquimus.* Quantum etiam ad primam moris hujus causam, referunt plerique eam ad sordidum nomen Osporci (*Saurius*) quod antea *Sergii II.* fuit: Verum positò hoc, fuit illud saltem cognomen, quod absq; eò in Pontificatu seponitur & sepelitur retentò tantum prænomine. (Nomine Baptificali, *V. Erasmi. Francisci Schaubühne P. 1. Colloq. 3. p. 415. 416.* Aliam proin & speciosiorrem suppeditat *Lorinus* rationem, in *Levit. C. 24. v. 18. p. 845. in reverentia*, inquit *signum, nemo post Petrum Pontifex Petri nomen vel retinuit vel assumpsit, & qui primus mutavit nomen, quod erat Petri, Sergius II. fuit, licet cognomen etiam non honestum haberet, Osporci, quam aliqui non aptam reddidère mutationis causam.* Conf. *qq. Mornæi Myster.* Iniquit: p. 297. 388. 389. 423. 452. 454. 461. 572. *Nervosè* hæc de re loquitur *B. D. Danhau: μωνηροφ: l. c. p. 252. Nectemerè ait, factum putamus, quod in totò Pontificum albò nullus reperiatur Petrus II. nimirum ut familia Petrina pudori ac fama consulereur, quò consiliò olim Meretricum nomina mutata, refer. Serar. ad. c. 2. Jos. qv. 4. p. 17. Hodiè certè superstitione aded confirmavit hanc Nominis mutationem, ut Zeiler. Centur. 2. Ep. 81. p. m. 507. scribat: Man ist in der opinion, wann ein Pabst seinen Nahmen nicht ändere, so lebe er nicht langer, als wie dem Hadriano VI. und Marcello II. begegnet, welche bey der reformation Römischer Kirchen viel würden gethan haben, wenn Sie länger gelebt hätten.*

&c.

&c. *Danbau.* verò l. c. hosce duos Papas laudat ob hoc præelli-  
 quis, memoratque *Marcellum*, cum Cardinalis tralatitiam no-  
 minis mutationem urgerent, dixisse, *Marcellus eram, ero Mar-*  
*cellus.* Interea improbandam summè hanc Nominis baptisma-  
 lis immutationem, cum Nostratibus asserimus & defendimus, v. D.  
*Gerhard.* in *Not. ad c. 1. Epist. ad Rom.* p. 14, 15. *Magnif. DN. D. Si-*  
*rii* in *Idol. Papal.* p. 33, 34. conf. qq. *Morn. Myster. Iniquit.* p. 164.  
*Edon, Neubus. Fatid. Sacr.* l. 2. p. 568. Præterquam, en. quod no-  
 men in Baptismò Christo datum, turpiter h. m. abnegetur, è malò  
 fonte hunc morem haulere, è pessimè scil. explicatò & ad se applica-  
 tò exemplò Petri, cui Christus ipse nomen mutavit. Hinc *Greg.*  
*Tholojan.* in *Syntag. Jur. Civ.* l. 36. c. 4. n. 3; dicit: *Dominus noster*  
*Jesus Christus primo summo Pontifici à se instituto, Simeonis nomen*  
*in Petri mutavit.* Sed à Petrò ad Pontifices Romanos nullam valere  
 consequentiam, supra jam docuimus. Rectè quoq; sapiùs jam lau-  
 datus *DN. D. Sirio.* l. c. p. 32, ex hâc nominis mutatione dolum Pape-  
 le notat. Est sane *Καὶ ἡ γλῶσση*, profecta ex gentilismò: *honoris ergo,*  
 ait *Serar.* ad c. 2. *Jos. qv.* 4. p. 17. *Ephesia Diane Sacerdos, etiam*  
*antèa Pyrrhus vel Dramo esset, vocabatur postea Megades, Mega-*  
*byzus, Protarchus, ut in Laërtii Xenophontem notavit Scholiastes.*  
 Observavimus quoq; jam ex *Scaligero*, Reges omnes Babyloniorum  
 ad imperium accedentes, nomen mutare solitos fuisse. Cum a.  
 semper habuerit, habeat & habitura sit Roma, nova Babylon,  
 cum antiqva, quoad initium & finem, multa similia, non incon-  
 cinnum erit, si in indagandò more mutandi nomen Præsidis, in Ba-  
 bylone novâ, ad antiqvos Babylonix Reges ascendatur. Mulie-  
 ribus etiam meretricium instituentibus quæstum, morem mutandi  
 nomina usitatum fuisse, jam jam quoq; ex *Danbauero* annotavimus,  
 probatq; idem, *Martini de Roa P. I. Singul. Loc. S. Script.* l. 4. c. 20. p.  
 407. Quid magis congruum, quàm illum, quem Scriptura Me-  
 retricis Babylonix titulò describit, hunc morem etiam à Meretri-  
 cibus mutuatum fuisse, existimare. In aliis quoque Nominis mutatio-  
 nem Papa severè punit, referente ex *Platinâ* in *Vit. Pauli II. Leidb-*  
*ressero*, in *Dissertat. Polit. sup. Doctrin. capit. inter Academ. Pari-*  
*sienf. & Jesuitas controversis* p. 29: Ipse verò, tanquam super omnes  
 Deos evectus, facit quæcumq; vult, & quæ libuerint, conf. *Dan.* II, 36.

## Sectio II.

Hactenus maximâ ex parte observavimus ea, quæ in *S. Codice* obviâ sunt mutationis exempla Nominum, restant nunc ea, quæ tum ex *Ecclesiasticis*, tum ex *Profanis Civilibusq;* collegimus.

*Nominis mutatio à rebus benè gestis.*

*S. I.* Celebris hic est mutatio à rebus tum benè, tum turpiter gestis, occurruntq; horum infinita ferè utrobq; exempla. *Ob res benè gestas*, Scipio dicitur *Africanus* propter Africam domitam, ap. *Europ.* 1, 3. c. 5. & l. 4. c. 1. Ejus nepos ob virtutes *Africanus junior.* l. 4. c. 3. *P. Servilius* ob devictos Isauros, nomen *Isaurici* meruit. *Cornelius Rufus*, quod illò svadente Bello Punico II. ludi Apollinares ex libris Sybillinis primùm sunt instituti, *Sybylla* cognominatus est, & inde corrupto nomine, *Sylla* primus vocari coepit; ap. *Glandorp.* in *Onomast. Rom.* p. m. 263. In Antiquitatibus Britannicis, (quas *Ufserius* in lib. de *Christ. Eccles. success. & stat.* c. 3. p. 69. in margine ita citat; *V. Histor. Archiep. Cantuar. D. Mattheo Parkero procurante; à Joh. Josselino collectam, edit. Hanov. Anno 1605. sub Tit. Antiquit. Britan.*) *Edmundus Æthelredi* filius ob fortitudinem, cognomentò *ferreum latu*, dicitur, p. 93. *Richardus Normannia Dux*, ob incredibilem magnanimitatem pectorisque fortitudinem, *Richardus impavidus* vocatur p. 99. V. 99. *Johan. Vastovium Gothum*, in *Vitis sanctorum*, qui regna Gothorum Svecorumq; olim rebus gestis illustrarunt p. 30. &c. Et plenæ sunt omnes recentiorum temporum Historiæ exemplis hujusmodi, unde plura adscribere haut opus erit; sunt hinc *Magnorum*, *Magnanimorum*, *Sapientum*, *Piorum*, *Felicitum*, &c. cognomina nata. Ex antiqva addo historiâ *Legionem* illam, quæ sub *M. Antoninò Imperat.* Stipendia accepit contra *Quados*, atq; cum siti Romani perituri essent, à Deo copiosissimum imbrem, quò Romani recreati, & contra Barbaros fulmina tempestatesq; quæ eos prostravère, impetravit, unde *Legio fulminatrix* dicta: ap. *Euseb. l. 5. Hist. c. 5. p. m. 63. & Cluver. Ægit. Histor. p. 254. b.* Nec non CCC. illos Martyres, qui, cum Proconsul voraginem calcariâ accendi jussisset, & tripode cum prunis appositò mandasset, ut aut thurificarent, aut in ignem se conjicerent, omnes unò impetu in fornaces calcarias insilierunt, ita ut exustorum cineres Calcj miscerentur, & exin *Massa candida* per omne seculum dici

dici meruere, vid: verlus *Prudent.* ap. *Hornei.* l. 3. *Hist. Eccles.* c. 7. p. m. 333. Item, quæ de *Johannis* Episcopi *Alexandr:* summa in pauperes misericordiâ commemorat antiqva *Ecclesia*, ut inde *Elemosynarius* dictus fuerit; v. *Baron: Martyrol.* Rom. d. 23. *Januar.* p. 63. Hodie ad hanc classem referendi sunt illi, quos Imperatores & Reges, in *Comitum, Baronum & Nobilium* ordinem erectos, aliò, dignitati conveniente nomine ornarunt, & hodiènum ornant, re- jectò aut priore, aut superadditò aliò illustriore Nomine, quod de Honoribus & Meritis amplissimis testari luculenter queat.

*A rebus turpiter gestis & vitis.*

§. 2. *Ob res turpiter gestas*, æquè plurimos reperias, quorum mutatum Nomen. *Svetonius* in vitâ *Tiberii Claudii* c. 24. narrat, *Tiberium Claudium Neronem*, ob vini nimiam aviditatem, dictum *Biberium Caldium Meronem*. *Herodi* infame nomen *Wardox* & *Urs infanticida*, hæsit, ap. *Spanhem.* *Dub. Evangel.* P. 2. *Dub.* 76. p. 538. conf. *Hofmeister:* in *Panacea Nom. Jesu* p. 493. *Valentem* à *Chalcedonen-* sibus per contumeliam *Sabajarium* dictum fuisse, à *שׁוּב* potare, unde *Sabaja*, potus è frumentis coctus, autor est *Danbau.* *Colleg. Decal.* p. m. 543. De *Perkino Warbecko* refert *Illustriff. Francisc. Baco Baro d. Verulamio*, in *Histor: Regni Henrici VII.* pag. *Oper. edit. Francof.* 1060. *Eduardum IV.* è fonte *S.* *Baptismatis* cum suscepisse & *Petrum* nominasse; postea a. cum puer delicatus & effeminatus fuisset, vulgò vocatum esse diminutivò Nominis sui *Peterkinum*, aut *Perkinum*. Spectant quoque huc verba *Isidor. Pelus.* l. 1. *Epist.* 26. ad *Eubulum* p. 60. scribentis. *Quod prorsus inutilis sit improbitas, atq; & in præsens mala contubernalis, & in futurum acris ac vehemens accusatrix, ex multis intelligis. Quid igitur hanc amplecteris & foves, O Cocabule potius, quam Eubule. Quam si fugias, ut bonis omnibus inimicam & infestam, & apud Deum & ap. homines clarus ac celebris existeres. Item, possunt huc referri, quæ apud Patres legimus de illis Christianis, qui sub gravissimâ persecutione *Decii*, de quâ *Cyprian. Epist.* 8. *Tormenta*, ait, venerunt, & *Tormenta sine fine tororis, sine exitu damnationis, sine solatiò Mortis, & tormenta quæ ad coronam non facile dimittant, sed tandem torqueant quamdiu dejiciant, nisi si aliquis Divinâ dignatione suberatus, inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam, non**

sermi.

termino supplicii, sed velocitate moriendi: in tantum, & ex parte à  
 se defecerunt, ut exin aliqui Libellatici, alii Thurificari & Sacrificari  
 dicerentur. Libellatici, qui pecuniâ datâ se redemerant, ne  
 sacrificare aut fidem abnegare cogerentur, eâq; de causâ libellum  
 à Magistratibus acceperant; quamvis Baron ad An. CCLIII. n.  
 18. Libellaticos vocari putat, non qui libellum acceperant ne abne-  
 garent aut sacrificarent, sed eos, qui abnegarant in privato, & ne idem  
 publicè facere cogerentur, pecuniam dederant, nam prius illud lici-  
 tum fuisse, ait: Ast distinguenda sunt genera Libellaticorum, quippe  
 unò plura fuisse, demonstrat *Alba Spin. de V. Ecclesiæ Rit. l. 1. Observ.*  
*21. p. 97. 98.* quidam in carcere constituti, pœnas, quæ de Christia-  
 nis sumebantur, quoquo modo effugere quam subire malebant, & ut  
 id consequerentur, libello affirmabant, se neq; esse, neque Christia-  
 nos fuisse. Conf. qq. *Forbes. à Corse Instruât. Histor. Theol. l. 12. c. 1.*  
*p. m. 626. sq. Hornei. Histor. Eccles. l. 3. c. 5. p. m. 278. sq. Danbau. T. I.*  
*Theol. Conscient. p. 2. sect. 2. Dial. 3. Artic. 3. Qu 10. p. 655. Gerhard.*  
*Voss. in Comment. in Epist. Plinii p. 26. Lorin. ad c. 24. Actor. vers. 26.*  
*p. 655. & Thurificatos & Sacrificatos verò fuisse dictos, quod sacri-*  
*ficarant & idolis thus adoleverant, facile constat, V. Hornei Hist.*  
*Eccles. l. c. Vossii Comment. l. c. Operat. Milev. adv. Parmen. p. m. 73.*  
*Ob eventum s. tristem, s. lætum nomina mutata.*

S. 3. Quin & illa, ob eventum s. tristem s. lætum nomina mutata, non  
 multum ab hisce distant, *De Abrahami*, nomine, v. *Dieter. Antiquit.*  
*Bibl. p. 23. De Juda Ischariote, v. Lightfoot in Hor. Hebr. & Talmud.*  
 6, 14. *Marc. 3. 19. 14.* in *Matt. c. 10, 4. p. m. 325. sq.* ubi quærit, an nomen hoc Ischariote  
 6, 22, 7. *Johann: 6. 71.* ei vivo, an demum post mortem inditum sit? si vivo, idem ipsi signi-  
 6, 2, 17. *14, 2.* ficat, ac Judas cum cinctoriò, in quo nummos gestavit. Sin mor-  
 tuo, ex  $\text{סכרסן}$  deductum putat; illâ a. voce denotatur apud Rab-  
 binos asperissima mors, quæ eis est strangulamentum s. Angina; quem-  
 admodum voce  $\text{נשיקין}$  facillima, quæ illis est mors per oscu-  
 lum, quò modò Mosem animam expirasse volunt, dum nempe  
 Deus ipsi osculum dederit: numerant verò 93. mortis genera, ex *Psal.*  
*68, 21.* ubi vocem  $\text{צמרון}$  exitus (mortis) arithmeticè in hunc  
 numerum resolvunt. Cum ergo Judas miserimâ strangulatione  
 perierit, quippe quod à Diabolo strangularetur (ut sentit idem ad c.  
 27. *Matt. vers. 2.* *Et post projectos, dicens, nummos, reversurus ad suos,*  
 rab-

raptum eum in sublime Diabolus, qui in eo habitavit, strangulavit,  
 & precipitem dedit, ita ut ad terram elisus rumpere mediis,  
 ilia effunderentur, & Diabolus tam horrendo exitu egrederetur, conf  
 Actor. 1, 18. de qua tn. sententiâ V. D. Calov. Bibl. illustr. ad b. l. Matth.  
 p. 450.) quid mirum ait, si Nomini ejus hæc mortis infamia in-  
 usæ fuit. Sic ille Pfeifferus in *Quinqvæg: Loc. Hebr. & Exot. N. T.*  
*annexis ejusd. Dub. Vex. Loc. 9. p. 16, 17.* putat, eum à natione di-  
 ctum, quæ Virum è *Kariotb. s. Kariotbensem*. Porro, hanc eandem  
 ob ratione Henrico Imperatori cognomen *Claudi* contigit, à corporis  
 claudicatione, cujus Papicola fabulosa dant rationem apud *Christ.*  
*Matth. Histor. Patriarch. p. 275.* factum nempe eum in visione  
 quâdam ab Angelo in nervo, volentes, indeq; claudicasse. Et quæ  
 sunt longè plura exempla, ad hanc classem referenda.

In *Oeconomicis Maritus Conjugi, Pater filio, Herus servo*  
*nomen mutat.*

§. 4. Ulterius perpendenda hic, quæ in *Oeconomicis* observatur No-  
 minis Mutatio. Ibi vi *potestatis Maritalis*, Maritus sponsæ s. Con-  
 jugis nomen mutat, hæc q; Mariti nomen assumit. Hinc non  
 abludebant uxores Romanæ, quæ Mariti domum ingressæ, dicen-  
 tes: *Ubi tu Cajus, ego Cæja ero: v. Diether. ad Besold. Thesaur.*  
*Pract. l. N. n. 9. p. 680. b.* ubi exemplum elegans de Martiâ, Catonis  
 prius, postea Hortensii uxore, adducit. Evæ exemplum propo-  
 nit *Matth. in Theatr. Histor. p. m. 71.* sub Nabuchod. *Vi Patriâ,*  
 sicut Parentibus jus nomina liberis imponendi competit, ita & rur-  
 sus mutandi illa. Hinc Atheniensium lex voluit, *ut Patres ab*  
*initio nomina liberis darent, & postea etiam si placeret, rursus muta-*  
*rent, ap. Job. Eichel Dissert. de Jur: Natur. Parent. & Liber P. 1. th.*  
*32.* Ratio, ob quam Parentibus jus imponendi & immutandi liberis  
 Nomina competat, derivari potest ex *Grot. de Jure B. & P. l. 2. c. 5*  
*§. 1. Hobbesio de Cive cap. 9. § 7. p. m. 151. Nobiliss. DN. Pufendorf de*  
*Jur. Nat. & Gent. l. 6. c. 2. § 5. 6. p. 823.* Exempla videantur *Genes. 28, 29.*  
*Genes. 35, 18. Luc. 1, 60, 63.* Conf: q; quæ jam in præfatione de Sinen-  
 sibus monuimus. Nec solum *Naturales Parentes* hæc potestate  
 pollent, sed & *Civiles*, seu qui alios adoptarunt. *Gerh. Job. Voss.*  
*Comment: in Epist. Plinii de Christ. p. 2.* in exemplum adducit Pauli Æ-  
 millii filium, qui à Scipione adoptatus, vocabatur *P. C. Scipio Æ-*  
*millianus; & C. Octavium*, qui postea Augusti adoptatus, à Cæsare  
 dictus

dictus est C. J. C. Octavianus. Vigiſſe quoque hunc morem apud Ju-  
dæos, *Sixt. Senenſ. Biblioth. S. p. 736. a.* autor eſt. Quin qvi hære-  
des ſub conditione immutandi Nominis inſtituuntur, nomen Te-  
ſtatoris aſſumere ſolent; ſic Octavius Cæſar hæredes inſtituit primos,  
*Tiberiam & Liviam*, quos & ferre nomen ſuum juſſit; ap. *Sueton.*  
*in Vit. ejus* cap. ult. Vi tandem *herilis poteſtatis*, ſervo pro ſua  
libidine nomen vel impoſuit vel immutavit quondam Dominus, &  
Libertus nomen Patroni aſſumebat. *ſervus ablata fuit olim No-*  
*minum libertas, & nō tantum Nomine vocabantur, agnomine*  
*cognomine & prænominis carentes*, ſunt verba *Tb. Hurſ. Tholo-*  
*ſani in Reſolut. de verō fidei Martyriō* p. 373. conf. *Alex. ab Alex. l. 5.*  
*Genial. Dier. c. 4. p. 56. a. Fab. Quintil. Inſtit. Orat. l. 7. c. 3. p. m. 324.*  
*Montacut. Orig. l. 1. P. 1. p. 97.* Hinc Athenienſes ap. *A. Gallium Noſſi*  
*Attic. l. 9. c. 2. p. m. 200.* decreto publico ſanxerant, ne unquam ſervis  
indere liceret nomina juvenum fortiffimorum Harmodii & Aristo-  
gitonis, qvi libertatis recuperanda gratia, Hyppiam tyrannum inter-  
ficere adorti erant. Ex eodem quoque fonte è *L. un. Cod. de Mut.*  
*Nom.* excluduntur ſervi, quibus hæc liceat nomen mutare; quoni-  
am in ſervō Nomen ſibi mutante præſumitur frau; exponente *Gloſſ. ad*  
*ad L. cit.* Simulac verō ſervi manumittebantur, decemabantur illis  
capilli, ac capiti raſo ſcalvo in Feronia templo pileus imponebatur,  
*v. Plaut. Amphit. act. 1. ſc. 1. verſ. ult. & Taubm. ad b. l.* civitate donaban-  
tur, dein aut nomen planè mutabant, aut præmittebant Prænominiſ;  
loco, ſuo Nomini, Nomen Heri. *Unde Perſius in Satyr. 5. verſ. 78.*

*Vertere hunc Dominus, momento turbinis exit*

*Marcus Damas*

prius nomen eſt Heri, poſterius ad ſervū jam manumiffum ſpectabat.  
*Conſtitutum erat*, ait *Alex. Genial. Dier. l. 4. c. 10. p. 201. b. ut*, qvi  
*in numero civium Romanorum aſciti, & civitatem aſſecuti fuerant,*  
*mutatis exploſisq; veteribus Nominibus, P. Cornelii, Metellorum,*  
*Claudiorum, aliorumq; Nobilium Romanorum præſca Nomina,*  
*tanquam veri cives, & cultu Romano educati uſurparent.* conf.  
*qq. Edo. Neubuf. l. 2. ſacror. Facid. p. 569. & Cicero in Cornelia-*  
*nâ primâ*, dicens, *Cornelios tam multos eſſe, ut jam Collegium eſſet*  
*inſtitutum: quia nimirum L. Sulla, recuperatâ Republicâ omnes eo-*  
*rum, qui in bello deſiderati fuerant, ſervos, atq; inprimis fortiſ-*  
*ſimum quemq; libertate donavit, qui omnes ab eō Cornelii vocati ſunt.*

CA

## CAPUT. III.

Atque hæc sufficient exempla eorum, quibus ab aliis nomen mutatum; pauca adhuc deprompturi istorum, qui sibi ipsis Nomina mutarunt. Cumq; isthæc mutatio vel licita sit, vel etiam minus, idcirco constituemus

### Sect. 1.

*Exhibentem licita hujuscæ mutationis exempla 1. in iis, qui Nomina ob defensionem sui mutarunt.*

§. 1. Licita mutationis exempla habemus I. in illis, qui ob defensionem sui, quæ nemini denegenda, Nomina mutant. Ita *Carolus II.* Rex Angliæ in fuga sua audire voluit *Wihelm Jonas*; referente *Gottfr. Schulz.* in *Chronic.* ad *A. C.* 1661. p. 261. *Ulysses* apud *Polypthemum Cyclopem* vocari malebat *Ælac*, quasi nullus: *Homer. Odys.* l. 9. v. 366. & 408. *Sentius Saturnus* præturæ insignia usurpabat, ut effugeret proscriptionem: ap. *Vairr. Max.* l. 7. c. 3. §. *inter.* Sic *ii*, qui temporibus *Valentis, Arriani Imperatoris*, vixerunt; Iste enim cum nefariò quorundam hominum vaticiniò cognovisset, eum sibi successurum, qui *Theod.* primis nominis sui præferret literis, omnes *Theodasios Theodorus Theodorusque*, quos ad Imperium idoneos duxit, è mediò tollendos curavit, quò factò multi nomina sibi à parentibus indita posuerunt, atque alia, ut minus periculo obnoxia, induerunt; ap. *Sigon. l. 9. Imper. Occid.* In itineribus periculosis frequens solet esse hanc ob causam Nominis sui mutatio, unde Mercator quidam Christianus, *Mattheus*, ut securius in fines *Maurorum* iter faceret, *Abrahamum* se vocavit; ap. *Damian.* à *GOES* in *lib. de Aethiop. Moribus*, p. 426. sq.

2 In iis, qui ex amore Modestiae, Sex justò quòdam metu, in scriptis publicis aliò prodeunt nomine.

§. 2. Dein licita exempla mutationis præbent isti, qui ex amore modestiæ in scriptis publicis (quæ *Pacif. à Lapide not.* ad *Sever. Monzamb. disc.* l. 1. §. 2. p. 3. ad *Æonæa* vocat.) fictitiò & alienò prodeunt nomine. Modestiae autem amore dico; Prout *S. Johannem* eò nomine laudat *Saavedra Symbol. Polit.* 10. p. 77, quod tacuerit nomen suum, *Johan 13. 23.* etsi insignem illum favorem, sibi à Christo Conservatore in *S. Cæna* exhibitum referat; quæ, ait, si humana Politicæ



nōn fuit, prudentem tñ. fuisse modestiā non negaverim. Aliās si mi-  
nus sit ex amore modestiæ, nec ex iustō aut decēte quōdam me-  
tu hęc Nominis immutatio profecta, maxime culpanda est. Nec  
possum quin hic adscribam verba *Limnai l. 1. c. 11. Jur. Publ. n. 72.*  
ubi hęc de re itā loquitur: *hęc licentiosō seculō numero plurimos  
reperire licet, qui nescio quā pravitatē, cum Edmundo Campi-  
ano concert. Eccles. Anglic. 3. sepius & nomina & vestes mutant, &  
Prothēo mutabiliōres in theatro literariō apparent. Ita mox E-  
berhardum à Weibe, mox Durum di Pascolo, mox Wahremundum  
ab Ehrenberg, mox Mirabilem de Bona casa, unum eundemque  
Politicum constituerē. Ex metu quōdam plurimos Nomen hic mu-  
tare mihi certum est, an verō ille semper ex bonō prōmanet fon-  
te, aliis dispiciendum nunc relinqvo.*

3. In iis qui ob communionem cum impiis eadem mutant,

§. 3. Et suō modō III. illi, qui ex singulari quōdam Zelo, Nomen sibi,  
ob illius cum Hæreticis & impiis communionem, mutarunt. Sic  
sapiens Presbyter *Eushtarius* pro divino suō in improbos odiō etiā  
idem sibi cum impurō & sceleratō *Eushtariō* nomen esse, gravi-  
ter & molestē ferebeat, ac nomen suum immutare cupiebat; dicente  
*Afsdor. Pelus. l. 2. Epist. 311. p. 329.* Et *Macarius* Episcopus, antea *Macari-*  
*Baron. Not. ad. d. 20. Jun. Martyrol. Rom. p. 379. &c.* Quanta sit  
aliās errorum genitrix Nominum communitio in Ecclesiasticā præ-  
primis historiā, integro posset volumine proponi: nunc tantum. B.  
L. conferre iubemus. *Baron l. c. d. 30. Jan. p. 79. d. 26. Mart. p. 196.  
d. 2. Maj. p. 268. d. 7. Maj. p. 285. d. 21. Jun. p. 381. &c. &c. Horneja  
Hist. Eccles. l. 3. C. 4. p. m. 271. &c. &c.*

4. In illis, qui sibi eadem, quod visa fuere, aut reverā fuerint  
turpia & inhonestā mutarunt.

§. 4. Pari modō IV. isti, qui sibi eadem, quod visa fuere, aut reverā fu-  
erint turpia & inhonestā, mutarunt. Haud en. satis honestum no-  
men habere videtur, quod turpe quid significare potest. Spectaret  
huc exemplum *Sergii II. Papæ*, ex sententia *Platina in vitā. Jus p.  
141. edit. Colon. de A. 1626. 4. Oporci* (Saumaut) dicti, obque illi-  
us turpitudinem, *Sergii* nomen in sede Pontificiā sumentis; quam-  
vis *Limn. in Jur. Publ. l. 1. c. 11. §. 66.* hanc rationem explodat;  
disting.

distinguens inter nomen proprium *Sergii*, quò etiam pater eius erat, & nomen gentilitium *Osporci*; illud, ait, maluit præ hoc, sed quæso, cur? Pari modò *Theophrastus*, prius appellatus *Tyrcanus*, ex consilio *Aristotelis* Præceptoris, mutato nomine se *Theophrastum* vocavit; notante ex *Strab. l. 13. Christi. Matt. Hist. Patriarch: p. 498. Ciceronis* quoque nomen exagitatum quondam dixerit iis; novimus ex *Plutarcho & pophi: p. 204. & est Cicero* amicis hortantibus, ut id mutaret, respondit: Ego *Ciceronis* nomen illustrius efficiam, quam *Catonum, Catulorum, Scaurarumque.*

*Nominum ex unâ in aliam linguam Mutatio*

§. 2: Nec multum ab hac abest, nominum in Græca & exoticâ mutatio. *Carolus Stengel: Abbas Anhusan: in Comment: Rer. August: Vindet. P. 2. c. 5. p. 68. ait, plerique illâ ætate viri graves offensi vernaculorum ruditate nominum, Romana asciscabant; sic ipse Bonifacius, nomine immutato, appellatus est, cum antea Winfridus diceretur, &c. Camerarius in Vit. Philip. Melanctoni p. 9 postquam de Reuchlino disseruerat, qui Philippi nomen quod habebat illi familiæ, significans solum nigrum Germanico sonò in Græcum Melanctoni mutavit; sicut ipse à fumo deminutum suum, ita ab Heremolaò Barbarò aliquando in Italiâ conversum Capionis, esse voluerat, addit: Hunc conatum mutandi Nomina familiarum, memini audire Doctos & dignitate præstantes viros qui reprehenderent, quod istò pacto familiarum nomina quasi obteri videretur. Sed sunt omninò quædam ita aspera & velut horrida, ut Lingua Græcâ, Latinâque exprimi nec possunt, nec debeant, quæ si literis quibudam l. adjectivis, l. delectivis quasi dolare ut leviora fiant, aliquis velit, nihilo ille minus appellationem obscuram, & suis ignotam redditurus sit, quod à mutatione interpolatio illa nihil jam differet. V. eund. p. 6. Hujuscæ Reuchlini Præceptor Joh. Nautlerus Nobilis Svevus, vulgò *Vetgchans* dictus, à Patre *Job. Verga*, quod *Nautam* significat, unde hic Græcè, *Nautlerus* vocatus; ap. *Voss. l. 3. Hist. Lat. c. 10. Vide qq. quæ referat Cl. DN. M. Johan. Gottfr. Olearius in Abaco Patrum p. 261. de suo familiæq; Amplissimæ nomine, quomodo nempe Avo illius D. Job. Oleario, à patre; alias Jac. Copermann dictò, & Olearii laboribus honestè vivente, nato, illud Olearii nomen ab Eruditis impositum sit, & jam ultra seculi m-**

20  
usque toti familia servatum. Et credo ego, die totò hujusmodi  
Nominis mutationem contingere, ut vel Græca in Latina, Latina  
in Germanica, alia alias in linguas & vice versâ, mutantur, pleraq;  
en. nomina Latina, quæ Germanicum redolent significatum, & sic  
porrò alia quoque, hujusmodi originem venerari, extra dubium est.  
Conferri hic etiam meretur, Vir. h. t. Doctiss. Daniel Huet. Gallus, in  
*Demonstr. Evangel. Propos. 4. c. 13. p. edit. Amstel. 247. 248.* ubi docet,  
Mosen, & reliquas gentes, nomina exotica ad linguæ suæ genium re-  
sinxisse.

## SECT. II.

Proponens illicitæ Mutationis exempla,  
I. in genere, in Falsariis omnibus.

§. I. Taxandæ nunc porrò & illicitæ exempla præbent I. in genere,  
Falsarii omnes, qui se pro aliis, atq; sunt, venditant, idque ut obti-  
neant eò melius, nomine propriò abjectò, alterius cujusdam assu-  
munt. Sic de *Pseudo-Nerone* ap Romanos, *Pseudo-Richardo* & *Eduar-  
do* ap. Anglos, *Pseudo-Carolo* ap. Hispanos, *Pseudo-Mustafa* ap Tur-  
cas, agit *Forstner. ad Taciti annal. s. 10. l. p. 673.* de *Pseudo-Martino*  
ap. Gallos, *Limn. Jur. Publ. l. 1. c. 11. § 59.* Pari modò Mercatores  
impii ad fraudanda vectigalia, vel in præjudicium alterius, nomen  
alterius assumunt. Alii in celebratione contractuum, peregrinum  
sibi dant nomen, ne postea contraxisse dicantur; & qui sunt ad-  
huc plures modi, per Nominis mutationem proximum fallendi. Pos-  
set hic de factò Jacobi, *Genes. 27. 19.* <sup>24. 24.</sup> inq; moveri quæstio, an nempe,  
se pro *Esavò* venditandò, peccarit? Et in tria hic præcipuè abitur  
sententiarum divortia. Quidam planè negant peccasse hic, aut  
mentitum Jacobum. Alii concedunt quidem mentitum fuisse, sed  
negant peccasse mentiendo: idque illi, qui nostrò ævò æquivocati-  
onum ac reservationum mentalium defensores existere. Aliqui  
concedunt, fuisse mentitum, & mentiendo peccasse, quorum quoq;  
mens sana & verissima est. Quippe ex totâ narratione Mosis con-  
stat, Jacobum tum factis, tum verbis id totò conatu egisse, ut Patri  
persuaderet, se esse illum ipsum *Esavum*, quem Pater venatum mise-  
rat. Hoc a falsum ac contra ipsius Jacobi mentem venisse, nemo  
negare poterit. Fuit autem hoc Jacobi peccatum veniale, veniãq;  
illud Deus, propter personam, in Christò reconciliatam, dignatus  
est,

est, nec mortem ipsi actu secundo intulit. Elegancia hic sunt verba  
Joseph Halli P. 1. Biblischer Gesichter l. 3. p. 130. Ich liebe Jacobs  
Segen/ aber ich hasse seine Lügen. Ich wolte es nicht wagen/ mit Wil-  
len daß zu thun/ was Jacob auß Schwachheit that/ mir einen Segen  
damit zu wege zu bringen. Denn der ihm seine Schwachheit verzehe/  
möchte mir meine vorfessliche Bosheit zum Glück gereichen lassen.

2. In specie, t. in Hereticis.

§. 2. Porro In specie; I. Hæretici, penes quos fuisse receptum Nomina  
mutare Ambrosii verba, T. 3. Oper. l. 5. Epist. epist. 321. ad Valentinian.  
Imperat. in quâ in Auxent. invehitur, p. m. 126. probant. Unum, ait, Au-  
xentius portentum est, duo Nomina. Et enim ne cognosceretur quis es-  
set, mutavit sibi vocabulum, ut quia hic fuerat Auxentius Episcopus  
Arrianus, ad decipiendam plebem, quam ille tenuerat, se vocaret  
Mercurium. Mutavit ergo vocabulum, sed per fidiam non muta-  
vit. Exiit lupum, & induit lupum. Nihil prodest, quod mutavit  
nomen; quid sit agnoscitur. Alius in Scythia partibus dicebatur,  
alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet. Habet ergo jam  
duo nomina, & si hinc al. d. perrexit, habebit tertium, St. Conf.  
qq. Job. Costerium in Vita Ambrosii præmiss. oper. ejus p. 6. l. Hornej.  
l. 3. Hist. Eccles. c. 9. p. m. 364. 370. ubi de Manere Hæresiarchâ.

2. In illis, quibus superstitio nomen mutat.

§. 3. II. Illi, qui ex superstitioe quadam nomen sibi mutant. Ut eri-  
nominis quædam est superstitiosa impositio; V. Danbauer. Disp. de  
Sorte & Sortit p. 14. Rivet. Exerc. 39. in Genes. c. 3. p. 160. Ernest. P. I.  
des Bilderhäuses p. 934. Hæping. de Insign. c. 21. f. 983. ubi multa le-  
tu digna. Zeiler. Miscellanea lit. N. p. 340. ubi inter alia ait; Vor-  
zeiten hat man gesagt / wo ein Johannes im Hause sey / da schlage der  
Donner nicht ein; und da er gleich einschlage / so thue er doch keinen  
Schaden. Dahero ist der Name Johannes so gemein worden / &c.  
Ita & ejusdem superstitiosa mutatio non infreqvens est. Exempla  
suppeditant, Job. Eusebius Nierembergii de Amore erga B. Virgi-  
nem, quem ex Hispanicò vertit in Latinum Job. Sibenius p. 230, 231.  
qui plurimos proponit, qui ex amore quòdam superstitiosò erga B.  
Virginem, rejectò antiqvd, Mariæ nomen assumere; & Christ.  
Maceb. in Theatr. Hist. p. 1015. sub Frider. 3. Imper. § 14. in Pompo-  
niâ Læto, qui in Italia floruit, & adeò studuit Latinitati, ut Græca  
attin.

attingere non auderet, tantusque fuit admirator Romane venustatis, ut Christiano Petri nomine rejecto, Pomponium se dixerit. Sic quosdam Nomina sua tanquam infausta rejecisse, multis exemplis probat Edo Neuhus. *Sacror. Fatid.* p. 567. ut. p. 571. 572. 573. *Romani ap. A. Gell. Noct. Attic.* l. 9. c. 2. p. 102. prænomena patritiorum quorundam, male de Republica meritorum, & ob eam causam capite damnatorum, ne cui ejusdem gentis Patritio inde rentur, prohibuere, ut vocabula qq. eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur. Notabilia sunt, quæ Lazarus de Sorantza in Ottomanno, s. Imperio Turcico P. 1. p. 2. de nomine Mahumedis refert. Ipsi quoque inquit, Turca, propter sinistrae quasdam & fatales opiniones, quas de nomine Muhamedis mente conceperant, illud perhorrescunt, (in nomine scilicet Muhamed: 3) Anxi, en. in eo versantur, metu & sollicitudine, ne quod prius sæpe contigisse norunt, nunc qq. eveniat. Sciunt en. Constantinopolim, quæ caput est Imperii, post priorem illam eversionem, secunda sua initia & incrementa Constantino. M. debere, eandem postea sub alio Constantino Christianis ereptam, & vi captam esse, quorum uterque matrem habuit eodem Helena nomine, plane ut Romanum Imperium, quod cum Augusto initium cepisset, sub Augustulo quodam extinctum fuit. Similiter ergo & illi verentur, ne Mahumede quodam Imperatoriâ dignitate fungente, sedes regni Constantinopolitani iterum sibi eripiat, quemadmodum à Mahumede II. bello atque armis in potestatem ejus redacta fuit. Hæc ille: sic quosdam adeo exhorruisse Samosatensis nomen, propter Paulum Samosatensem Hæresiarcham, ut Eusebii Episcopi Samosatensis nomini apposuerint Cesarea Palaestina, licet perperam; refert Baron. not. ad 2. 21. Jun. Marryrol Rom. p. 380. Possent quoque huc referri, quæ jam supra de nomine Benjaminii priore observavimus. Item quæ Piccardi cap. 6. decad. 11. annotat, nomina urbium male ominata, in latiora commutari solita fuisse; quæ tamen ad classem hanc taxandæ mutationis non pertinent. Gens quoque Judaica, ut alias superstitionibus deditissima; ita & hic non leviter easdem prodit, Osiand. in Annot. suæ in Harm. Evang. 6. refert, Judæos nomina sua reverentia Nominis divini Jehovæ mutare, ut si quis in nomine suo proprio tres l. quatuor ejusdem Nominis literas possideret, non temerè à quopiam nominetur,

præ

præsertim in familiaribus & quotidianis colloquiis, sed aliò quò-  
 dam fictitiò, quod vel idem cum proprio significaret, vel certè pro-  
 prium insigni aliquà notatione insinuaret. *Job. Crocius Comment. in*  
*Epist. Pauli minores, in cap. 1. Epist. ad Tit. p. 421. & Dieter. in Antiquis.*  
*Bibl. p. 237.* ex tractat: Thalmudicò quòdā recensent hanc sententiam  
 Judæorum: *quatuor res rescindunt sententiam judicalem homi-*  
*nis, Elemosyna, Vociferatio, Nominis mutatio & Operum Mutatio.*  
 Unde in periculosis morbis constituti, Nomen mutant ægroti, a-  
 liudq; ei imponunt. Describit id *Buxtorf. Junior in præfat. sup.*  
*Concord. Hebræas denuò edit. f. 3. & in Synog. Jud. c. 35, p. m. 429.*  
 simulqve hanc eorum precationem subjungit. *Misereatur Deus*  
*super N. N. vitæq; ac valetudini pristinæ eum restituat, vocetur,*  
*que nomen ejus imposterum N. lateatur in hóc nomine sub, & confir-*  
*metur illud in eò. Sit quæso beneplacitum tuum, o Deus, ut immu-*  
*tatio Nominis ipsius faciat ad abolendum ab eò omnia decreta du-*  
*ra & mala, & ad lacerandum sententiam, contra eum latam: si mors*  
*decreta est super N. (nomen prius) non tamen decreta sit super N. (no-*  
*men posterius & novum.) En hâc horâ quasi Vir alius, sicut crea-*  
*tura nova, & sicut parvulus recenter natus ad vitam bonam, & lon-*  
*gitudinem dierum &c.* Hæc omnia & hisce similia, ut ex malò fon-  
 te, superstitione, exosâ Deo, scaturivère; ita meritò improban-  
 tur & rejiciuntur.

## CAP. IV.

### Sectio unica.

#### *An liceat Nomen mutare?*

Postquam igitur nunc distinctis tribus capitibus, varia de Nominis  
 mutatione exempla, pro modulò nostrò, explicuimus, jam unò adhuc  
 capite, quid de Nominis Mutatione habendum paucis persecuturi,  
 licitane an minus sit, exponemus. Haud verò obscurum collectū  
 ex jam dictis putamus, quid de illa sentiendum. Esse eam, quæ no-  
 bis ab aliis superioribus proficiscitur, plerumqve subjectionis signum,  
 cap. 1. jam probavimus, unde absqve dubio superioribus hic paren-  
 dum; neq; aded culpandi, qui hic dicto superiorum obedientes,  
 huic mutationi se subjiciunt; multoq; minus illi, qui sibi ipsi licitas  
 honestasqve ob causas, nomen mutant; Patrocinantem huic

F

lentea

sententiæ habemus *L. Cod. l. 9. r. 25.* Sicut in initio nominis, cognominis, prænominis, recognoscendi singulos impositio libera est privatis, ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, s. cognomen sine aliqua fraude licitè jure, si liber es, secundum ea, quæ sæpe statuta sunt, minimè prohiberis, nullò ex hoc præjudicio futuro. Interim quoniam hæc nimis lata sunt, aliquantum ad nostrum scopum & tempora ea restringamus, meliorisq; evidentiae causa inter nomen Baptismale & cognomen, s. nomen Gentilitium, quod in S. Baptismate haut imponitur, distinguamus.

*Nomen Baptismale non mutandum.*

§. 2. Quod ad prius, in Baptismo nempe inditum nomen, attinet, altiùs nonnihil quædam circa illud repetenda, antequàm quid de eo pronuncietur. Et quantum quidem primò ad tempus, quò coeptum fuit nomina Baptizatis, s. in Baptismo imponere, vix potuimus certi quid de eò invenire. *Centuriat. C. 1. l. 2. c. 6. p. 382. lit. a. de Ritibus circa Baptismum*; ita loquuntur: nullam hic fieri de nominis impositione mentionem, legas. *Cent. 2. c. 6. p. 83. 84. H.* nihil clarè de nominis impositione, in hujus seculi historiâ indicatum est; nisi hinc conjecturam alicui facere liceat, nondum fuisse morem imponendi baptizatis Apostolica nomina, quia paucissimi hujus seculi Episcopi Apostoli cujusdam nomen referunt. *Cent. 5. c. 6. p. 365. E.* unum hoc ex Chrysostomo monent, quod is reprehendat novum morem, quo repudiatis sanctorum nominibus, talia imponebant liberis quæ aliquam longè vitæ significationem haberent. (Accendebant en. lucernas eisq; nomina imponebant, & quæ diutiùs cæteris splendebat, ejus nomine puerum appellabant, in spem & omen futuræ longævitatatis.) *Cent. 10. c. 6. p. 149. D. It. Cent. 11. c. 6. p. 28. lit. F.* monent, baptizatis nomina imposita. Equidem citatur vulgò locus *Dionysii Areopag.* qui juxta communem sententiam vixit circa An. Chr. 95. in libr. de Eccles. Hier arch. cap. de Baptismo, hisce verbis: Plerùmque imponitur infancibus boni ominis causa nomen Patris. Ast mentionem quidem fieri Actor. 17, 34. cujusdam *Dionysii Areopag.* conceditur, esse verò illum hujusce libri, ut & aliorum, quæ ejus sub nomine circumferuntur, autorem, à Papistis quidem magnò conamine defenditur, à Nostratibus a. nec non Reformatis, Viris Doctissimis, solidè jam dudum confutatum est. *V. Gerhardi Patrolog. p. m.*

33. fgg. *Olearii Abacum Patrum p. 137. fq. Riveti Critic. Sacr. l. i. c. 9*  
 11. n. p. 150. fgg. qui admodum accuratè hanc materiam pertractavit,  
*Robert. Coci, Angli, Censuram scriptorum, quæ sub Nom. sanctor. Vet.*  
*citari solent, p. 92. fgg. & quæ circa eum Epbemer. Gall. T. 2. p. 444. ex Dallo*  
 suppeditant. Interim si veller dicere quis, alium quendam *Dionysium*  
 horum autorem esse, qui circa seculum quartum, idq; jam valde adul-  
 tum vixisset, posset responderi, in verbis ejus, quæ citantur, haud fieri  
 mentionem baptismi. *Hugo Menardus in not. ad libr. Sacrament.*  
*Gregor. p. 98. fq.* notat, quod in isto librò baptizandus interrogetur,  
*quis vocaris?* atque inde concludit, non in ipsò baptisimò, sed ante  
 illum nomina infantibus olim fuisse imposita. *Quare cum ap. Gre-*  
*gor. Turonensem l. 2. Hist. Franc. legamus, infantes Ingomerem, &*  
*Clodomerem, filios Clodovai Regis: & l. 10. Clotharium II. Filium*  
*Chilperici Regis, in ipsò baptisimate nomina accepisse, id inde*  
 factum, quod non multò post natalium diem sacris aquis tincti sint.  
 (Notum a, est, antiq; vram Ecclesiã stata observasse tempora baptismi,  
 scil. in festis Paschatos & Pentecostes ordinariè tantum baptizabant,  
 unde qui paucos dies ante alterum ex hisce festis nascebantur, & in  
 eo cum reliquis adultis baptizabantur, illis simul in baptismo nomen  
 fuit impositum, qui verò multò temporis spatiò ante festa hæc ce-  
 lucem acceperunt, illis ante Baptisimum fuit nomen inditum: quò  
 facit observatio Montacut. Origin. Eccles. T. 1. p. 105. scribentis, Infan-  
 tibus Christianorum etiam ante Baptisimum, quando is differebatur,  
 nomina inponerentur.) *Alias veteres Francos nonò Die nomen*  
*imposuisse, colligit ex lege Salica tit. 26. § 5. si quis infantem in ven-*  
*tre matris sue, aut narum antequam nomen habeat, infra novem*  
*noctes occiderit.* Secundum hanc itaq; observationem dicendum, quod  
 mos ille non nisi in baptisimate nomen dandi, eò demum tempo-  
 re coeperit, quò stata baptismi tempora desveverant, & omnes  
 infantes statim à nativitate ad baptismum missi sunt, seculò npe. XII.  
 quo *Hugo de S. Victore* (quantùm scio,) ultimus omnium hujus  
 consuetudinis meminit. Contrarias *Bellarmini* rationes, quæ le-  
 guntur l. 1. de. Bapt. c. 26. C. ubi ex *Eusebio l. 7. Hist. Eccles. c. 25*  
 p. m. 175. dicente, nomina *Johannis, Pauli & Petri*, amore erga  
 sanctos hosce viros in liberis fidelium frequentia fuisse; & *Canone 30.*  
 inter, *Conc. Nic. Can. ex Arabico in Latinum conversos, & edit. à Franc.*



*Tarvianis*; in quo jubentur Christiani in baptismo nomina imponere filiis suis, non Gentiliū sed Christianorum; argumentatur: ex eō refellit, (idem) quod apud Eusebium non fiat baptismi mentio, quodque veritas Canonis adhuc incerta sit, imo planē supposititium eum, dicit. Ratio quæ ex circumcissione petitur, quæ in Baptismi locum successit Colof. 2, 11. & in qua nomina circumcisis fuisse imposita, ex Luc. 1, 59. c. 2, 21. liquet, ex eō infirma redditur, quod stata baptismi tempora veteres observarint, nec non quod ante diem octavum baptismus institutus sæpe sit. Cæterum pro sententiā Menardi facit, quod hodięque apud *Græcos & Russos* idem mos sit. Testatur id *Sigismundus Baro ab Herberstein de Reb. Russ.* quod natō infante, mox accersitus Sacerdos puero nomen imponat, qui dein 4<sup>to</sup> demum die communiter baptizetur. Nec parum etiam lucis huic materiæ accessurum putamus, si inter adultos, & infantes baptizandos distinxerimus. In adultioribus baptizandis, qui antea catechismo imbuebantur, duplex nominum datio solenniter observata; prior, cum competentes fierent, & baptismum peterent, ejus quasi candidatis; altera, eō die & tum, quando baptizarentur. Infantes non nisi semel & simul cum baptismo nomen dabant, (puta ii, qui proxime ante statum baptismi tempus in lucem editi, tunc simul baptizabantur) quorum Nomen indicabant susceptores, quod Adultiores ipsi per se dicebant. Adulti ad Baptismum accedentes, vel nomen suum retinebant pristinum, idque prioribus maximē seculis; sic *Constantinus M.* cum tres ante obitum dies baptizaretur, nomen retinuit, ap. *Euseb. in Vit. ejus* l. 4. c. 62. p. m. 557. pari modo *Ambrosius, Augustinus, Sc. V. Vicecom. Rit. circa Baptis. l. 2. p. 274. c. 13.* interdum tamen quoque immutabantur, uti *Eudocie Theodosii Junioris Conjugi* factum, *Menardus* concedit: vel in aliud novum ac magis Christianum commutabant, idque posterioribus præprimis seculis, *V. Baron. Not. ad Martyr. Rom. d. 16. Febr. p. 308. & Vice Com. l. c.* sæpè etiam retentō suō, illius nomen assumebant, qui eos ad fidem adduxisset, ut *Cyprianus* operā *Cæcili Presbyteri* ad Christum conversus, nomen quoque accepit *Cæcili Cypriani*. Item, si tempora distinxerimus. Observat en. *Hoornbeck Miscell. Sacr. p. 449.* In initio liberum & promiscuum fuisse tempus quodvis, Post ea duo anni festa hæc, Paschatis & Pentecostis sacro huic officio insti-

instituta fuisse, ad majorem opportunitatem & commodum. 3. Ali-  
quando hæc duo tempora sola injuncta & observata, sub poenâ  
quoque Ecclesiasticæ censuræ, fuisse. 4. Iterum hæc Baptismi tem-  
pora abrogata, ac primo & simplicissimo usui (quovis tempore bap-  
tismum administrandi,) reddita. Quid primo illo tempore fac-  
tum sit, an simul nomina imposita, an minus, de eò nullum po-  
tuimus invenire vestigium, verisimile tamen videtur, factum id fuisse.  
Interea in re ad eò incertâ meliora suggerentes lubentissimè audie-  
mus. Verum enim vero, quantumlibet de hocce aliquid certi vix  
nobis constet, hodie tamen in Christianismo, postquam baptizandis, &  
nullibi aliâs, nomina imponere ante aliquot secula jam cœptum fuit,  
diversam cernimus esse rationem. Quippe illis, quibus nullum fuit  
quondam impositum, facilius mutare nomen licuit, nobis hodie non  
ita. Dein testatur nominis in Baptismo impositio, *parvulos in librum*  
*vita scriptos*, Phil. 4, 3, *in manum Dei*, Es. 49, 16, *in cœlo nomen ipso-*  
*rum scriptum*, Luc. 10, 20. ut non amplius sint filii iræ, sed novum  
acceperint nomen & dicantur Dei filii, Christi Discipuli, templa-  
spiritus S. hæredes vitæ æternæ. Admonet hoc nomen, quod de-  
derimus Christo nomen illud nostrum, & eum proin Dominum  
nostrum profiteri debeamus; sub ejus vexillò contra Diabolum, &  
ipsius organa perpetuò nobis dimicandum esse. Conf. Gerhard. T. 4.  
L. E. de Baptif. § 260. Ad quæstionem quoque porro, unde scis Te esse  
baptizatum, secundò saltèm, licet haut primò locò, respondent  
Theologi, ex nomine Baptismali; siquidem in Christianismo hodie,  
in Baptismate tantùm nomina imponuntur, illaque in Catalogò  
quodam, quem Ecclesia summò cum studiò asservare solet, referuntur,  
pari modò, quò antiqva in tabulas illa referebat, & certis tempo-  
ribus ex iis recitabat, V. Vice Com. Rit. circa Baptif. l. 2. c. 15. p. 285.  
Jam abjectò istò nomine, & aliò rursus assumtò, quantum solatium  
afflictæ perit animæ? quantum de Baptismi certitudine argumentum?  
præprimis ubi Diabolus aculeatis suis spiculis angit hominem, ut de  
Baptismo & salute suâ dubitare incipiat. Et docent historiæ,  
plurimos in agone constitutos, de Baptismo suo dubitare cœpisse, quò  
interrogati à præsentibus, quod nomen iis esset, & præsentibus præ-  
nomen s. nomen Baptismale, omnis exemitus est scrupulus, V. Bal-  
duini Cas. Consc. p. m. 1079. Nec videmus tandem, sufficiente m-

F

tatio-

rationem, quæ impelleret, ut quis nomen hoc perpetuò mutaret; (ad tempus en. & in casu necessitatis, ad defensionem sui, quin id fieri possit, non dubitamus.) Mutasse quondam nomina pristina, qui ex gentilismo ad Christianismum conversi fuerant, jam jam notavimus; sanè qui ex iis nomen pristinum rursus assumpsissent, rejectò illò, quod noviter sibi, ad Christianismum accedentibus, imposuerant, meritò in suspicionem venire potuissent, acsi cum nomine & professionem rejicerent; & quid obstaret, quominus idem colligeremus de illis, qui nomen in Baptismo datum Christo, rejiciunt. Servus, cum nomen à Domino impositum mutabat, hoc ipsò illi renunciabat, ut jam docuimus; & Apostata Christiani ad Muhamedanismum transeuntes, nomen mutare solent, nec baptismale unquam dein resumere, ap. *Montacut. Orig. l. i. p. 109.* & ipse *Jesuita Serar. in c. 2. Jof. qu. 4. p. 17.* scribit, quod quæ in *Justo Calviniano*, mutato per *Christina* in *Justum Baronium* contigit Ao. 1602. transnominatio, signum fuerit hæreseos abjectæ. Spectant huc non proletaria verba *Montac. Origin. Eccles. l. i. p. 109.* *Quemadmodum, ait, si quis nomen Christiani abjiceret, nomine amissò, rem quoq; nomini subjectam amisisse crederetur: ita si quis nomen Baptismale abjiciat, Baptismum irritum fecisse, eidemq; abrenunciassè videtur.* Ut taceam, impiam illam in parentes, quorum juri hoc modò detrahitur. Quamòbrem an excusari possit *Justus Lipsius*, cui pro nomine Baptismali *Jodoci* (quod significat *Scherzhafft*) placuit nomen *Justi*; unde claudit orat: de Calumnià, *muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus JUSTUM ex Ps. 31, 19.* dubito. conf. de hoc *G. Thomson in Vindice Veritat. p. 72.* Maximè a. impii sunt Monachi, in professione nomen vetus & Baptismale à parentibus inditum, amittentes, ut à superstitione novum accipiant, ap. *Danbauer, Musæi 1000 Ph. sect. 2. artic. 1. p. 253.* Neque dubium alicui subornari potest ex eò, quod interdum Clericis Episcopisqve ordinatis nomina immutata fuerint, *V Centur. Magd. Cent. 8. c. 6. p. 109. de Cerem: circa Ordinandos, ubi Vinofridus à Gregor. II. consecratus Bonifacii nomen sortitur, quod debebat Germanis Evangelium prædicare adeoque eis benefacere &c.* Quippe nondum certum est, rectène id factum, an minus; à Pontificibus præterea seqvioribus seculis, multa incongrua facientibus. Quin constat ex Historia Eccles. Baptismum

num adultorum sapius ad finem propè vitæ fuisse dilatum, & nihil  
fecius tales nondum baptizati creabantur Episcopi, ut vel ex unicò Am-  
brofii exemplo liquet, qui miles, adhuc catechumenus, nec dū baptiza-  
tus, ad Episcopi functionem vocatus est; ap. *Socrat. l. 4. Hist. Eccles. c. 25.*  
*p. m. 305.* quoniam & alij iuniores adhuc *Ambrosiò*, sicut de hoc po-  
steriore passim querelæ aliorum existant. Unde fieri facilius po-  
tuit, ut hiscè nomina immutarentur. Fortè etiam haut fuit totalis  
& perpetua mutatio: & si illa hypothesis vera, nondum tunc nomina  
baptizatis imposita, quid sit respondendum, patet. Manet proin, ma-  
nebitq; sententia nostra, haut esse nomen Baptismales mutandum ullà  
de causâ, nisi illa maximè præguans sit, qualem tñ. exponere vix pos-  
sumus; nisi fortassis cuiquam ab impiis parentibus blasphemum planè  
esset impositum nomen v. gr. si quis appellaretur *Teuio* & (*Gott-*  
*has*) &c. huic en. esset, quod jure prætere optimò posset.

*Cognomen presentibus idoneis causis mutari potest.*

§. 3. Quantum tandem ad cognomen, s. nomen familiæ, illud in  
cujuslibet esse potestate, vel retinere vel mutare illud, honestis ta-  
men & sufficientibus de causis, ubi dolus abest, homini libero li-  
cere, asserimus. Distinguiimus tamen rursus inter cognomina quæ  
honestæ, bonæ, pulchraqvè, & ea, quæ inhonestatis quid & turpi-  
tudinis admixta habere, possent videri. Quæ bonæ & pulchra sunt,  
non aded levi & facili de causâ sunt mutanda, cum semper incita-  
menta virtutis esse queant. Et possunt ad cognomen bonum ap-  
plicari, quæ aliàs in genere de bonò Nomine prædicantur. Ita *Basil.*  
*Seleuc. Orat. 39.* post medium: *Nomen, inquit, quò tu Israel appel-*  
*laris, Dei cogniti argumentum est.* Et *Limn. Jur. publ. l. 1. c. 11. §. 48.*  
*Optime, ait, parentes liberis consulunt, qui Nomina iis imponunt,*  
*quibus auditu perpetuò moneantur pulcherrimarum actionum: Sic*  
*Aristoteles nomine suo monebatur, nihil ut faceret quod non ad*  
*optimum finem conducere. Plutarchus quoties nomen suum au-*  
*divit, cogitare potuit, id sibi esse allaborandum, ut in veris divitiis*  
*Principatum obtineret, &c.* *Job. Andreas Jctus in Glos. à suâ ad*  
*Decret. Innoc. 3. ad. Episc. Zamorensi.* narrat, cit. *Ernesio. P. 2. deß*  
*Wilderhauses c. 25. p. 935.* uxorem suam, *Milanciam*, solitam fuisse  
dicere: *Wenn schöne Däbmen so wohl öffentlich verkaufft würden alsß*  
*andere Bahren/so solten die Eltern kein Geld spahren/sondern ihren Kin-*  
*dern die allerteyresten und vorrufflichsten eintauffen.* Hinc quo-  
que *S. Patres aded cordatè & sedulò monent, bonæ & sanctorum*  
no mi-

nominā liberis ut imponantur. *V. Chrysoſt. in c. 4. 2. & d. Cor. conf. Chriſt. Matth. Hiſtor. Patriarch. p. 40. Epiphān. Heres. 78* qui dicit, *ex ipſis Nominibus etiam virtutis ſigna lucent. Nec ineleganter Eſchacius Major in Scrutinio Ingen. p. 500.* in homine, qui revera perfecte honoratus appellari poſſit, quinto loco requirit bonum, gratioſum ac amabile nomen cognomenve, quod gratum auribus ſonum reddat; inque exemplum producit, duos quondam e Gallia Legatos, qui ad Alphonſum venerunt, rogatum, ut regi Philippo in matrimonium collocaret alterutram filiarum ſuarum, quarum major inſigni formā ac ſpecie præſtitit *Urraca* dicta; minor hanc æque bella pulchrag; *Blanca* audivit; & poſitis duabus in conſpectu legatorum, communem, ait, omnium fuiſſe opinionem, Legatos in *Urracam* propenſiores futuros, quod & primigenia eſſet, & ſorem excellenti corporis forma multum anteciret; verum cum nomen utriuſque intellexiſſent, adeo voce illā *Urraca* offenſi ſunt, ut *Blancam* ſelegerint, diſtitantes, hoc nomen in Gallia multo acceptius gratiusque priore futurum. Nimis tamen ambitioſum erat, quod de vano quodam Gallo memorat *Rivet. in Traſſ. 3. Cathol. Or. rhod. qu. 8. p. 54.* qui, quod ipſe cognomine *leGrand* nominaretur, filio nomen *Alexandri* imponere voluit, ſcilicet ut haberet *Alexandrum Magnum*. Neque hic obſtat, quod ſepe in abominationem degeneret & ſpes decollat. quippe id ſit per accidens, & optima ſemper ſperanda. Quæ porro cognomina aliquid turpitudinis & inhoneſtatis admixta habere videntur, ea cuiuslibet relinquimus voluntati & arbitrio, licitam eſſe eorum mutationem, ſi fraus & ſuperſtitio abſit, ſi que injuriam, hoc pacto familiae illatam, abſtergere quis poteſt, concedimus.

Atque hæc ſunt, quæ de Nominis Mutatione impæſentiarum pro ingenii noſtri modulō & meſurā tradere ac exponere volumus, nulli dubitantes, quin de amplā hęc materiā longè plura & hiſce lectu digniora proponi poſſent. Bonitati tamen B. L. confidimus, eum hæc nunc æqui bonique facturum, cumque majoribus annis, majora demum expectaturum. Concludimus igitur nunc verbis *Rivetti in c. 2. Exodi p. 761. b. Pii tūm nominis impoſitione, tūm ejusdem mutatione id procurent, ut Deus omnis boni autor ſemper agnoſcatur, & gratitudinis noſtræ reſtimonia ubique appareant. Eiusdem nunc quoque damus ſoli*

GLORIAM!

# MISCELLANEA.

Nomen Divi licetè tribuitur sanctis defunctis & Regibus viventibus.  
Nomina Dierum & Mensum gentilia possunt absque superstitione  
retineri, etsi melius esset si alia locò eorum nomina introduci  
possent.

Veritatem nullà re magis opprimi quàm Aristotelis nomine docet  
experientia. Multi en. illi tanquam Sisyphio saxo adhaerescunt,  
volvunt & revolvunt illius scripta, neque vel oculum unquam  
in theatrum Naturæ aut Politicæ attollunt. ita Dn. D. Joh. Ad.  
Osiander Obser. 13. in. proleg. Grotii. de. I. B. & P. p. 85.

Non possumus semper ab iis, quæ non planè certa ac explorata  
sunt abstinere, adeoque cavere ne unquam erremus. C. Cartes.  
Princip. Philos. P. 1. S. 6.

Omnis homo est bajulus.

Oculo apertò, sole splendente, & speciebus se se quàm accuratissime  
in retinà depingentibus, possumus non videre.

Datur certa quantitas, cui si omnia demas quæ habet, eò ipso tri-  
plum prioris ipsi reddes, & si iterum omnia data demas, triplò  
iterum plura dabis, & sic in infinitum. Ergo & subtractione  
& divisione quantitas augetur.

Corpus naturale potest simul esse in tribus locis.

Non omne quadratum constat quatuor lateribus.

Ex nihilo aliquid fit.

Deus non potest facere quæ contradictionem implicant.

Non dantur virtutes nobiscum congenitæ.

Dominium in Infantes originaliter non est matris. C. Hobbes de  
Cive c. 9. S. 3. Imperii autem paterni & causa & occasio genera-  
tio est, hanc excludò tacito prolis consensu.

Nullum.

Nullum omnino corpus, siue illud sit naturale, siue politicum absque  
exercitatione sanitatem suam tueri potest, Fr. Baco Bar. de Veru-  
lam. Augm. Scient. l. 8, c. 3. p. m. 240.


Nihil in speciem fallacius quam prava religio. Ubi deorum Nu-  
men preatenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus  
humanis vindicandis, diuini juris aliquid admistum violemus,  
Liv. l. 39. c. 15.

An quod de Friderico I, Imperatore narrant, eum, cum esset facturus  
cum Pontifice pacem, ad januas adis D. Marci prostratum, ut  
absolueretur, premente collum ejus Alexandro Papa, audivisse  
illud psalmographi: Super aspidem & basiliscum ambulabis,  
& conculcabis leonem & draconem; cum responderet Pontifici, non  
Tibi sed Petro, cujus es successor, pareo. rege sisse Alexandrum,  
impresâ fortius plantâ, & mihi & Petro: reverd ita contigerit,  
dubito,









rum adultorum sapius ad fines  
 fecius tales nondum baptizati cre  
 brofii exemplò liquet, qvi miles,  
 tus, ad Episcopi functionem voca  
 p. m. 305. qvini mò & alii junior  
 stiore passim querela alioru  
 tuit, ut hisce nomina immutar  
 & perpetua mutatio: & si illa hyp  
 baptizatis imposta, qvid sit resp  
 nebitq; sententia nostra, haut est  
 de causâ, nisi illa maximè prægna  
 sumus, nisi fortassis cuipiam ab i  
 esset impostum nomen v.gr. si q  
 has) &c. huic en. esset, qvòd ju  
 Cognomen presentibus i  
 §. 3. Quântum tandem ad co  
 cujuslibet esse potestate, vel re  
 meti & sufficientibus de causis  
 cere, asserimus. Distingvimus t  
 honesta, bona, pulchraqvè, &  
 tudinis admixta habere, possent  
 non adedò levi & facili de caus  
 menta virtutis esse qveant. Et  
 plicari, qvæ aliàs in genere de b  
 Seleuc. Orat. 39. post medium:  
 laris, Dei cogniti argumentum  
 Optime, ait, parentes liberis co  
 quibus auditis perpetuò moneat  
 Aristoteles nomine suo moneb  
 optimum finem conducere. P  
 dixit, cogitare potuit, id sibi es  
 Principatum obrineret, &c. J  
 Decret. Innoc. 3. ad. Episc. Zar  
 Wilderhauses c. 25. p. 935. uxore  
 dicere: Wenn schõne Diahmen se  
 andre Wahren, so solten die Eltern  
 dern die allerteyresten und vort  
 qve S. Patres adedò cordatè &

isse dilatatum, & nihilo  
 pi, ut vel ex unico Am  
 nenus, nec dū baptiza  
 re. l. 4. Hist. Eccles. c. 25.  
 rofio, sicut de hoc po  
 nde fieri facilius po  
 tiam haut fuit totalis  
 ondum tunc nomina  
 tet, Manet proin, ma  
 imale mutandum ullâ  
 tn. exponere vix pos  
 as blasphemum planè  
 r Trojio (Gotta  
 optimò posset,  
 mutari potest.  
 men familia, illud in  
 are illud, honestis ta  
 est, homini libero li  
 nter cognomina qvæ  
 estatis qvid & turpi  
 bona & pulchra sunt,  
 a, cum semper incita  
 gnomen bonum ap  
 radicantur. Ita Basil.  
 qvò tu Israel appel  
 ur publ. l. i. c. II. §. 48.  
 nomina iis imponunt,  
 narum actionum: Sic  
 faceret quod non ad  
 ies nomen suum au  
 m, ut in veridivitiis  
 Ctus in Glosiâ suâ ad  
 cit. Ernesto. P. 2. deß  
 ciam, solitam fuisse  
 verkauft würden als  
 ren/sondern ihren Kin  
 auffen. Hinc quo  
 it, bona & sanctorum  
 no mi-

